spectu vnius equiualeat confuse & respectu alterius determinate. Quo fit vt in illa ppone data cuiuslibet hominis b asinus no est asinus licet immediate descendere sub determinatione & non sub aliquo alio: esto q quida dicat q licet descendere sub predicato addedo relatiu idem determinabili supponere determinate: qz si quilibet homo quilibet asinum consideret & essent infiniti asini quilibet ascendens est vera hac existente falsa cutuqz ber hominis b asinus no est asinus: atqz in eodē casu esto q ascendat simul & semel sub determinatione & predicato addendo relatiu idem itas determinabili datur ascendentes vere illa existere falsa qm oppositum huius asserat idem: ex quo patet per idē falsum esse quod idē dicit in hac ppone cuiuslibet hois b asinus b asinus no est licere descendere sub determinatione addendo relatiu idem itas predicato & non determinabili vt inquit quis dicit tutius esse probare eam ex parte predicati immediate: patet quia casu quo sint infiniti asini & quilibet asinum vnicus qrum hō possidet ita q quilibet hō vnicus tm asinu possidet qlibet ascendens est vera & hec est falsa cuiuslibet hominis b asinus b asinus non est.

Et si contra hoc arguatur q descendendo sub determinatione in hac ppositione cuiuslibet hois b asinus no est asinus: arguitur a pibus determinationis respectu pni multitudinis ad vnam determinationem respectu multitudinis: ergo consequentia non valet.

Ad hanc replicam respondeo negando q arguatur a pluribus determinationis ad vnam determinationem: qz vt dictum est talis terminus pluribus determinationis supponit respectu talis determinationis. Sit ptes ex prima regula obliqua posita cap. scdo: q de terminatio no distribuit i ordine ad sua determinabile nec de terminabile in ordine ad sua determinatione. quare no arguitur a pluribus determinationis respectu partium multitudinis ad vnam determinationem respectu multitudinis.

Sed contra hec adhuc arguitur sm dicta capi. scs in vndecima regula et dicēda etiā argumento sequenti in hac

propositione a hois asinus no est asinus licet immediate descendere sub determinabili supponere determinate ergo in hac casu hois b asinus no est asinus licet immediate descendere sub determinabili supponere determinate quū no determinatio de vno q de alio.

Ad hoc rñdeo no esse simile qz in hac ppone cuiuslibet hois b asinus no est asinus determinabile supponit pluribus determinationis relatis in ordine ad suam determinationem distributā & vnicā i ordine ad predicatū. Et i hac ppone a hois asinus quilibet asinus ē determinabile supponit pluribus determinationis relatis ad singularia determinationis distinctum & vnicā in ordine ad predicatū quūqz non poterat descendere vt no descendere sub determinatione distinctum nec pot ascendere sub predicato: qz argueret a pluribus determinationis ad vnam determinationem ipm nāqz determinabile vnicā determinate respectu predicati supponit fit vt immediate ascendatur & descendatur sub determinabili aut si via no impedito qz in hac a hois asinus no est asinus descendens distinctum sub determinatione idē q idem est ascendere sub illo termino distinctum & non ascendere ideo prius sub determinabili dico esse ascendendum vel descendendum q sub determinatione.

Ad secundam probationem negat consequentia nec ille modus arguendi v3 sub determinabili si in poneret constantia re que dñ valeret pna vt bñ sequitur cuiuslibet hois brunellus non est aial & cuiuslibet hominis brunellus ē ergo cuiuslibet hominis b asinus non est animal.

Sed contra ista arguit affirmatiua in casu posito est falsa & negatiua ē vera ergo duo contradictoria sunt simul vera. Probatur maior qz si asinus supponit distributiue & dabit vna singularia falsa de nonstrādo asinu platonis ergo suppositio est falsa: nec valet dicere q licet ascendere sub illo anteq sub determinatione qz determinatio supponit cōfusa: quare no refert q ascendat sub eam no ascendatur. Aut si placet ascendere prius sub determinatione distinctum & descendere sub determinabili. Secundo sic patet sequitur a hominis quilibet asinus

est albus: fanellus ē asinus ergo fauculus est albus in darij.

Ad primū istozum rñdeo sicut responsum est vsq ad replicā ad quā dico q illa confusa equiualeat determinate vt ptes per quandā regulā posita secūdo capite q talis erat: non refert supponere confuse vel determinate determinationis respectu determinabilis quare opz prius ascendere distinctum sub ly hois q ascendat sub determinabili. Similiter si descendere prius sub determinabili at suerēt a confusa ad determinatā ex parte determinationis cui in singularibus equiualeat confusa determinationis determinate per regulam decimam.

Ad secundā replicā negatur consequentia: qz subsumitur sub determinabili determinationis non vnicā. Quasi ter autem oportet subsumere quēsto prima tertij fracturae prime partis syllogismozum te docebit.

Tertio principaliter arguitur iste contradictor caput omnis hō habet & quodlibet caput hō non h3 & in sunt si mul vere: ergo licet contradictoria nulla consequentia est manifesta & maior: pbatur quia nullus error comittitur: sed minor: pbatur: qz si oēs hoies idem haberent caput ambe sūt vere: veritas affirmatiue claret & veritas negatiue probat bene sequitur quodlibet caput homo no est habens: ergo quodlibet caput hō no est h3 consequentia ptes & veritas antecedentis probatur quodlibet caput hō no est hoc habens: & quodlibet caput hō non est hoc habens: sic de singulari: ergo quodlibet caput hō no est habens p ascensum: veritas antecedentis est manifesta p ascensum sub terminis positis a parte subiecti: similiter bñ sequit quodlibet caput quodlibet habens homo non est: ergo quodlibet caput homo non est habens. Ex ore respondebis illas no opponi contradictory qz ly hō in affirmatiua distribuit in ordine ad illi terminū habens q supponit confuse tantum: in negatiua supponit confuse tantum.

Contra hoc arguit sequetur sic q contradictoria illi affirmatiue esset hec qd3 caput. b. hō no h3: sed hoc ē falsum cū ambe sint falsae qm sequit illa affir

matnā nō posse habere aliquā contra-
dictoriā. Et confirmat hec propositio
hois. a. asinus non est aīal nō pōt habe-
re aliquā cōtradictoriā: ergo dicta nulla
anteceēs probat qz vel in p̄radictoria
illius predicatū supponet cōfufe tm̄: sic
contradictoria illius erit hec cuiuslibet
hois quilibet asinus est asinus: qd̄ ē cla-
re falsum: cū ambe casu quo quilibet hō
oēs asinos possideat sunt vere: vel in cō-
tradictoria illius ille termin⁹ supponet
determinate ⁊ hoc non: qz si quilibet hō
suū propriū asinū possideat ambe sunt
falsæ: qz negatiua falsa est: hec etiā cu-
iuslibet hois quilibet asinus est. b. asinus.
Si forte dixeris qz postq̄ illud predica-
tū distribuitur in ordine ad duos termi-
nos quoz primus supponit determinate
⁊ alter cōfufe qz nō d̄ supponere cōfufe
vel determinate. Sed potius mixtum et
sic contradictoria eius erit hec cuiuslibet
hominis quilibet asinus est. c. asinus.

Contra hoc arguitur vel i hac
propositioe cuiuslibet hois quilibet asi-
nus est. c. asinus ascendit prius sub pre-
dicato ⁊ sic in casu immediate preceden-
ti sunt ambe falsæ: v̄l prius sub subiecto
⁊ sic ambe sunt vere in casu p̄iore.

Et subcōfirmat qz vel in p̄radictoria
huius a. hois asinus nō est aīal predica-
tū supponet confufe ⁊ sic casu quo quilibet
hō habeat suū propriū asinū ambe sunt
vere. v̄l determinate: ⁊ sic si sortes sit oīs
homo ⁊ oēs asinos possideat ambe sunt
falsæ falsitas negatiue patet p̄ descensū
dissunctiuū sub determinabili simitr̄ d̄n̄
sequit̄. a. hois asinus nō est aīal: ⁊ quilibet
homo est sortes: ergo sortes asinus non
est animal in bocardo ⁊ falsitas hui⁹ cu-
iuslibet hominis quilibet asinus est. b.
asinus: etiam est manifesta.

In hoc argumento t̄gitur cō-
munit difficultas quomodo d̄ suppo-
nere terminus distributus in ordine ad
duos quoz vnus supponit cōfufe tm̄ et
alius determinate. Ad qd̄ dicitur est con-
ditione quarta p̄radictoriarū illū termi-
nū mixtum supponere debere p̄fufe ⁊ de-
terminate: si distribuat in ordine ad duos
quoz prim⁹ supponit determinate ⁊ se-
cūdus p̄fufe quā suppositionē denotat
qz. c. Si nō distribuat in ordine ad duos

quoz primus supponit cōfufe ⁊ secūdo de-
terminate: sic talis termin⁹ distribuitur
supponit in p̄radictoria determinate
confufe: v̄l in hac p̄positione cuiuslibet ho-
minis d̄s asinus ē. c. asinus ly asin⁹ sup-
ponit p̄fufe in ordine ad ly hois. i. deno-
tat illū terminū hois in sua p̄radictoria
supposuisse determinate: primo descē-
dendū esse sub ly hois q̄ sub ipso ⁊ sup-
ponit determinate respectu determina-
bilis. i. denotat determinabile in sua cō-
tradictoria supposuisse p̄fufe ⁊ p̄io esse
ascēdēdū sub ipso dissunctiue q̄ sub ipso
terminabili v̄l in hac p̄pone cuiuslibet ho-
minis quilibet asin⁹ est. c. asinus ascēdēdo
sic progrediet p̄io sub determinatione
copulatiue ⁊ postea tollit suppositio cō-
fusa mixte cū tollat distributio respectu
cuius supponebat confufe: ⁊ deinde ma-
nebit pure determinate talis terminus
supponens mixtum ⁊ sub eo erit statim
ascēdēdū v̄l sic p̄gredietur in descensū
cuiuslibet hominis quilibet asinus ē. c.
asinus: isti homines sunt omnes homi-
nes: ergo istius hominis quilibet asin⁹
est. b. asinus: ⁊ sic de singulis.

Similiqz modo progredietur
in hac cuiuslibet hois quilibet asin⁹ est
b. asinus v̄l est ille termin⁹ supponens
mixtum supponat p̄fufe respectu deter-
minabilis opz prius sub determinabili
ascēdere: si enī prius sub determinatio-
ne q̄ sub determinabili ascēderet: cum
predicatu supponat determinate respectu
determinationis sequit̄ qz arguitur
a pluribus determinatis ad vnā determi-
natā quare sic ascēdit cuiuslibet hois iste
asinus ē. b. asinus ⁊ cuiuslibet hois iste
asinus est. b. asin⁹: ⁊ sic de singulis: ergo cu-
iuslibet hois quilibet asin⁹ ē b. asin⁹. nec
incōuenit pri⁹ sub determinabili q̄ sub
determinatione ascēdere ⁊ descēdere q̄
ponit mixtum denotat arans: v̄l facile
scias semp sic ascēdere supposito vno
quod iā dicitur est. **Q**uod a quocūqz ter-
mino a quo in vna cōtradictoriarū in-
cipit probatio in alia est etiam incipiēda.
nota semp sub quo termino in sua con-
tradictoria inchoatur probatio ⁊ ab eadē
debet inchoari in illa in qua ponit̄
suppositio mixta.

Nunc aut̄ declaro quōd cōmū-

alter loquētes inuestigarūt suppositio-
nem mixtā assumptis nāqz. iij. proposi-
tionibus a. hois a. asinus nō est rudibis
hois a. asinus nō est rudibilis: a ho-
minis asin⁹ nō est rudibilis ⁊ hois asi-
nus nō est rudibilis: inueniebāt neutra
alteri equialere: nāz casu quo quilibet hō
possidat asinum possideat: prima ⁊ tertia
sunt vere: secūda ⁊ quarta existētib⁹ fal-
sæ qz si quilibet hō oēs asinos possideat
prima ⁊ secūda sunt vere: ⁊ tertia ⁊ quar-
ta falsæ. cū igitur neutra alteri equia-
let sequit̄ cōtradictoriā vnus nō esse cō-
tradictoriā alterius: cum igitur cōtradi-
ctoria vnus sit hec cuiuslibet hois qui-
libet asinus est b. asin⁹: ⁊ quartæ hec cu-
iuslibet hominis quilibet asinus est asi-
nus sequit̄ neutra harū esse cōtradictoriā
secūde aut tertiæ quo fit vt in contra-
dictoria: secunde predicatū nequeat sup-
ponere confufe nec determinate: simili-
ter nec in cōtradictoria tertiæ: quare re-
linquitur ipsum debere supponere mix-
tum ad sensum dictum.

Multi nolentes ponere sup-
positionē mixtā verbo ponit in re ⁊ hoc
nil aliud est qz ponere ⁊ nō audere id cō-
ferri vt longius dicem⁹ capite octauo
in primo argumento principali vbi dis-
soluta hec materia tangetur.

Quidam creditit se effinxisse
modū quo defendat nō ponēdā esse sup-
positionē mixtam addendo relationem
identitatis termino qui. debebat suppo-
nere mixtum: sic pro cōtradictoria hui⁹
hois a. asinus non est animal hanc assi-
gnat cuiuslibet hominis quilibet asin⁹
ipsum b. aīal est in qua vt p̄z opz eo-
dem modo descēdere ⁊ ascēdere sicut in
alia. Sed hoc modo nō defendit: p̄posi-
tio cōtradictoria huius hominis a. asi-
nus nō fuit album: nō poterit assignare
alio modo qz si hanc det cuiuslibet hois
quilibet asinus fuit ipsum b. album
sunt alteri t̄c casu quo bunellus r̄po-
nēt niger fuisse possessus a quo-
dam homine: sed r̄pore quo fuit. albus
quillo fuisse possessus tunc falsitas ne-
gatiue p̄z ⁊ falsitas affirmatiue probat
suppositum non supponit. Similiter
primus cōtradictoria hominis a. asinus
quilibet angeli asinus non est si hanc

assignauerit cuiuslibet hominis quilibet
asinus ipsum b. angeli quilibet asi-
nus ē: quero ly ipsum b. quilibet refert qz
aut ly angeli aut ly hominis si ly angeli
tunc idem est qz ponatur aut non ⁊ am-
be facile dabuntur simul falsæ si ly hois
tunc claret affirmatiuā impossibilem qz
ly ipsum? determinat ly angeli cui nō pōt
cōpetere ⁊ quomodocūqz dicatur non re-
cre potest dici ⁊ si queratur cōtradictio-
ria huius homo ⁊ a. asinus nō sunt por-
taria lapidē clarū est qz nullā poterit as-
signare quare patet suppositionē mixtā
esse ponēdā. alias opinioniones circa hec
ponam argumento copulatozū allega-
to hic enim solum loquuntur sum de sup-
positione mixta vt que quinto argumē-
to dicuntur intelligantur.

Et per hec ad formā argumēti
respondeo negādo maiorē ⁊ error est qz
ille terminus homo qui distribuitur in
ordine ad ly habens in negatiua suppo-
nit confufe tantum quare cum ille ter-
minus in ordine ad duos distribuitur
quorum primus supponit determinate
⁊ secundus confufe tantum in sua cōtra-
dictoria mixtum supponit ille terminus
confuset ⁊ determinate quare contra-
dictoria illius erit hec: quodlibet caput c.
homo non habet.

Cōtra hanc solutionē arguitur
iste contradicit quodlibet caput homo
non habet ⁊ caput omnis homo habet:
ergo male dicitur est probatur antecē-
dens si d̄ r̄ci uerere maxime esset in ca-
su ibi posito qz quilibet homo vnus er
idem haberet caput. Sed in illo casu ne-
gatiua est falsa: ergo male dicitur est: po-
batur minor bene sequitur quodlibet ca-
put homo non habet: ergo quodlibet ca-
put ab homine non habetur ⁊ cōsequēs
est falsum vt patet: ergo ⁊ antecēdens: ⁊
cōsequentiā p̄z ab actiua ad passiuam.

Ad hanc replicam respondeo
negando antecēdēs quia vt patet ex re-
gula secūdi capitis ille opponunt sub cō-
trarietate: nego in illo casu qz negatiua sit
falsa: ⁊ ad probationem nego con-
fusiua: nec illa actiua h̄z passiuam v̄l nulla
propositio cuius subiectū supponit con-
fufe tm̄ aut cuius participium nō distri-

huitur si fuerit negatiua h3. passiuam z
nulis ppositio affirmatiua cuius partici-
pium supponit determinate aut distri-
buntur potest habere passiuam: ratio huius
est qz no est eadē denotatio in actiua et
passiua. Sed cōtra hanc solutiōnem ar-
guitur: hec est falsa caput ois hō habet:
ergo male cōcessa est antecedēs pbatur
bene sequit. caput ois hō h3 ergo caput
habet ois hō supposito qz ly ois non effi-
ciatur pars extrinseci z falsitas cōsequen-
tis patet qz falsitas huius caput habēs
est oimnis homo.

Ad hanc replicā respondeo ne-
gando aīre ad probationē nego p̄ham
qz arguit a consula ad determinatāz ex
parte de ly habēs inclusio in illud verbū
h3. Ex notatis in principio argumēt:
p̄z solutio ad confirmatiōem respondeo
enim sicut r̄sum est vsqz ad replicāz ad
quam r̄ideo vident qz prius sub prima
parte subiecti z postmodū descendit sub
predicato distancie ante qz ascendatur
sub secūda parte subiecti vt p̄z iuris di-
ctā in principio argumēt. Simili mō
ad subcōfirmatiōem respondēdū est con-
tradictoria illius nō fore aliquā datariū
sed forte hanc cuiuslibet hoīs quilibet as-
sinus est d asinus: in qua prius descendēdū
est sub determinabili: qz respectu illius
supponit cōfuse tantum predicatus z de-
inde opz descendere sub pdicato qz pure
determinate supponet: z d mō ascendēdi
in his dictū est in principio argumēt.

Notandū tñ est quod dictū est
caput secūdo: regula vndecima: nō nul-
los dicere a/hoīs asinus nō est aīal hūic
equivalere a/hoīs a/asinus nō est aīal:
aliū vero hūic: hominis asinus nō est aīal
mal rationes quoz ibi adducte sunt: dis-
tinctio ibi nec suppositionē illaz deter-
minabilis cōfuse: nec suppositionēz de-
terminatiōis determinate equinalere
rationēz virtutis opinionis ibi adducte
sunt. Et si cōtra hec arguas qz eadem
ratione in cōtradictoria huius z/hoī-
nis asinus quilibet asinus est predicatū
deberet supponere mixtum. Sed hoc est
falsum cum hec sit contradictoria eius
cuiuslibet hominis quilibet asinus as-
sinus non est: ergo male dictum est.

Ad hoc respondeo negādo ma-

iozem quia cōfusa determinatiōis in
affirmatiua equales determinate iura
regulam vndecimā quare illa hūic equi-
ualer: hominis asinus quilibet asinus
non aut in negatiuis vt dictū est quare
patet discrimen. Sed contra hoc quid
dicitur qz in hac propositione cuiuslibet
hoīs quilibet asinus est d asinus ē pri-
ascendēdū sub determinabili qz sub de-
terminatiōe arguo argumētū appa-
ri sequeret si hoc esset verū a suppositio-
ne determinata ad mixtā immo a distri-
buita ad mixtā non valere consequen-
tiam (ceteris alijs paribus intelligēdo)
sequens est cōtra omnia superiora dicta:
ergo z antecedens. Sequitur etiā vltimū
quod impossibile est: duas subcōfirmatōes
simul esse falsas vltimū probatur quia
ex illo patet primum iste due sunt sub-
contrarie cuiuslibet hominis z angeli quia
libet asinus d albū est: hominis z cuius-
libet angeli asinus albus nō est: nec
nec minima deficiat conditio z datur si-
mul false casu facili: videlicet qz sint duo
homines z duo angeli tantūz z prius
homo cum primo angelo possidet
nellū qui sit quodlibet albū z cū secūdo
angelo fauelliū secundus homo vero cū
primo angelo possidet fauelliū cū se-
cundo brunellū tunc falsitas negatiue
manifestā est: z falsitas affirmatiue pro-
batur quia est descendendum sub deter-
minabili z inuenietur vna descendens
falsa demonstrando fauelliū atqz ex hoc
patet primum quia nulla istarū con-
sequentiārum valer cuiuslibet hominis
z angeli quilibet asinus b/album est: ergo
cuiuslibet hominis z angeli quilibet as-
sinus d/album est: z cuiuslibet hominis
z angeli quilibet asinus quodlibet albū
est: ergo cuiuslibet hominis z angeli qui-
libet asinus d/album est.

Et de argumētum est multum
apparens ad quod tamē respondeo nūc
negando sequelam priorem intelligēdo
ceteris paribus: z quando illaz probas
quia in casu posito hec ē vera cuiuslibet
hominis z angeli quilibet asinus b/al-
bum est z hec est falsa cuiuslibet homi-
nis z angeli quilibet asinus d/album est
vt patet immediate descendenti sub de-
terminabili cōcedo qz in illo casu datur
antecedens

antecedens verum z consequens falsum
et dico qz quibus arguatur a determinata
ad cōfusam ex parte predicati tamen cō-
mittitur defectus ex parte secunde deter-
minatiōis quia virtualiter ex parte il-
lius arguitur a consula ad mixtam. vnde
cōsequens hūic equiualeat cuiuslibet
hominis z d angeli quilibet asinus d/al-
bum est: z per hec patet quid ad secundū
dicendum est: quia propositiones ibi as-
sumptę non sunt subcōfirmatę: quia prius
determinatiō que virtualiter distribuitur
in ordine ad terminū supponentem
mixtum determinate et cōfuse suppo-
nit in alia determinate quia affirmatiua
vt diximus equiualeat vni in qua deter-
minatiō secūda supponit mixtum. Sed
de his longius alibi declaratiōe inue-
nies vltimo capi. equipollentiāz.

Quarto principaliter arguitur
ille contradicunt cuiuslibet hominis as-
sinus cuiuslibet angeli b asinus est: homi-
nis quilibet asinus angeli nullus asinus
est: tamen sunt simul vere z simul false
ergo propositum maior patet quia nul-
lus error committitur z minor probatur
quia si fortes sit omnis homo qui duos
possidet asinos quorum alterum cōmu-
nem gabriel: alterū vero cōmunem Ra-
phael faciat ambe sunt simul vere veri-
tatis negatiue p̄z per singulares sub de-
terminatiōe prima que supponit deter-
minare z deinde sub determinabili. Sed
veritas affirmatiue probatur bene sequi-
tur cuiuslibet angeli b asinus cuiuslibet
hominis asinus est: ergo cuiuslibet ho-
minis asinus cuiuslibet angeli b asinus
est patet consequentiā: quia componuntur
propositiones ille ex terminis eodem
modo supponentibus: z veritas anteceden-
tis patet per singulares sub determi-
natiōe z deinde sub determinabili.

Et cōfirmatur ratio de ista ho-
minis quilibet asinus angeli quilibet
asinus est: quia vel habet pro contra-
dictoria hanc cuiuslibet hominis as-
sinus cuiuslibet angeli asinus non est et
hoc non quia ambe sunt simul vere: vel
habet hanc cuiuslibet hominis asinus
cuiuslibet angeli asinus nō est: z hoc nō
quia in eodem casu veritas affirmatiue
manifesta est z veritas negatiue proba-

tur bene sequitur cuiuslibet angeli as-
sinus cuiuslibet hominis b asinus nō est:
ergo cuiuslibet hominis b asinus cuius-
libet angeli asinus non est per conuer-
sionem: veritas antecedenti probatur
istius angeli a asinus cuiuslibet hoīs b
asinus nō est z sic de singulis: qz cuiuslibet an-
geli asinus cuiuslibet hoīs b asinus nō est.

Et confirmatur secūdo inqui-
rendo contradictoriā huius cuiuslibet
hoīs asinus b angeli quilibet asinus est:
quia vel erit hec hoīs quilibet asinus cu-
iuslibet angeli asinus non est z hoc non
quia casu quo fortes habeat vñ asinū
quē etiā possidet gabriel: z plato vnum
alterū quē etiā possidet raphael si non
sint alij hoīs ambe sunt false similiter si
quilibet homo z quilibet angelus omnes
asinos possideat ambe sunt vere nec ha-
bet istam a hoīs quilibet asinus cuiusli-
bet angeli asinus non est: qz in casu im-
mediate posito ambe sunt vere nec ha-
bet hanc hoīs quilibet asinus cuiuslibet
angeli b asinus nō est: qz in casu proprie
huius affirmatiōis ambe sunt false.

Ad omnia ista argumenta facil-
limū est r̄dere suppositiōes huius dictę sūe
capite scō in tertio correlario dicere re-
gule atqz ibi dicitū est quomodo dicendū
est de hōmī ppositiōibus. diximus em̄
semper opposito modo ad suppositionē
alterius termini a suo determinabili de-
terminatiōe supponere debere: z semp̄
determinabile opposito modo ad suppo-
sitiōē seu determinatiōes ac per hoc
patet ppositiōes in principio argumē-
ti positas nō contradicere immo nec op-
poni cū duo errores cōmittant vñ op-
positas vni conditioni p̄rariarū et alter
vni subcōfirmatiōis p̄rariarū illius
affirmatiue inra dicta est hec a hoīs qu-
libet asinus b angeli nullus asinus est.

Et si contra hoc arguas qz casu
quo gabriel sit ois angelus et possideat
duos asinos quoz alterū edicer fori z al-
terū platoni sunt ambe vere veritas ne-
gatiue est manifesta: sed veritas affirmati-
ue probat bene sequitur istius hoīs as-
sinus cuiuslibet angeli b asinus est: et sic
de singulis: ergo cuiuslibet hoīs asinus
cuiuslibet angeli b asinus est per ascen-

sum: et veritas cuiuslibet ascendens est manifesta: ergo et sequens verum est.

Ad hoc rñdeo negādo affirmatiuam et ad probationē nego consequentiam qz arguitur a pluribus determinatis ad vnā determinatā. Vt ex parte determinabilis vltimi. Et si dicas sequit qz illa propositio non posset probari aliquo modo per ascensum qz non pōt sub determinatione prima immediate ascendi nec sub aliquo determinabilium nec sub vltima: qz etiā sic ascendendo argueretur a pluribus determinatis ad vnā determinatam. &c.

Ad hoc dico qz sub scōa determinatione immediate debet fieri ascensus et nego qz committat ille error: qz scōm determinabile respectu scōe determinationis que est propria determinatio non supponit vnica determinata sed pluribz et vt diximus determinatio nō distribuit in ordine ad propūū determinabile.

Si contra hoc arguas qz sequeretur qd daret aliqua propositio que non posset per ascensum pbari sed sequens est falsum igit sequela probat: qz hec cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli b asinus est. non pōt probari qz nō primo sub aliquo determinabili nec sub prima determinatione qz arguit a pluribus determinatis ad vnica ex parte vltimi determinabilis: nec sub vltima qz idem error committeretur ex parte primi.

Ad hanc replicā rñdeo negādo sequelam ad probationē rñdeo qz sub prima determinatione est ascendendū et nego qz committat error ille qz suppositio determinabilis posita a parte pdicari equialet consue per quandā regulā capite secūdo posita que est hec supposito dederminata termini vltimo pbabilis cōfute equialet qz vltimū determinabile est terminus vltimo pbabilis in appositione assumpta per hanc regulā. Quādo multi termini ponunt in aliqua propositione et refert incipere pbationē ab vno vel ab alio tunc si nō est maior ratio qz incipiamus pbationē a primo qz a secundo a primo incipienda est pbatio quare sequitur has equialere: cuiuslibet hominis b asinus cuiuslibet angeli asinus est: et cuiuslibet hominis b asinus cuiuslibet angeli b asinus est: sicut per vltimā regulam contradicōne equialent que sunt ista: a hominis quilibet asinus angeli quilibet asinus est et hoīs quilibet asinus angeli quilibet asinus est.

Et si contra hoc arguas qz casu iam posito qz gabriel habeat duos asinos et cōicer vnum forti et alterū platonis prima est vera et scōa est falsa: ergo male dicitur est antecedens probat: qz scōe falsitas claret sed veritas prioris pbat multipliciter. Et primo sic bene sequit a hominis quilibet asinus b angeli quilibet asinus est: ergo a hoīs quilibet asinus angeli quilibet asinus est et veritas asinus manifesta est p̄ha patet qz arguitur a determinatione ad confusam.

Scōo sic bene sequit a hoīs quilibet asinus cuiuslibet angeli quilibet asinus est: ergo a hoīs quilibet asinus angeli quilibet asinus est a distributina ad non distributina seu a subalternata ad subalternatam.

Tertio sic bene sequitur a hoīs quilibet asinus gabrielis quilibet asinus est et gabriel est angelus: ergo a hoīs quilibet asinus angeli quilibet asinus est expositioe.

Quarto sic bene sequit a angeli quilibet asinus hoīs quilibet asinus est: ergo a hoīs quilibet asinus angeli quilibet asinus est p̄ha p̄z per cōuersionē veritas antecedentis patet ex modo iam dicto ascendendi.

Quinto sic cōtradictoria prima est falsa: ergo illa est vera asinus probat hec est sua p̄radictoria cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli b asinus non est: cuius falsitas probat bene sequit cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli b asinus nō est: qz cuiuslibet angeli b asinus cuiuslibet hoīs b asinus nō est: qz p̄uersionē termini em eodē nō supponit: sed falsitas consequētis est manifesta.

Ad primū hoīū respondeo negādo qz in illo casu p̄ma sit p̄az ad pbationē nego p̄nam qz lz arguat ex pte vltime determinationis a determinata ad confusam ex pte tñ p̄ime arguit a p̄fusa ad determinatā: qz p̄ntis suppositio p̄fusa p̄ue determinabilis equialet pbationē

Ad scōm s̄m mō dōm est qz ex parte p̄ime determinatiōis arguit a p̄fusa ad determinatā. **Ad tertiu s̄m mō:** s̄z ex illis p̄m illis poteris hāc inferre a hoīs quilibet asinus b angeli quilibet asinus est. **Ad quartū s̄m mō qz** arguit a p̄fusa ad determinatā ex parte de lz hoīs si vis bene inferre ex illo asine inferre hanc a hoīs quilibet asinus b angeli asinus est. **Ad quintū s̄m mō** dicendū est negādo asnz ad pbationē nego illā negatiuā esse falsam et ad pbationē nego p̄nam: qz arguit a confusa ad determinatā ex parte vltimi determinabilis: qz vt dicitur est asnz huic equialet cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli b asinus nō est et im̄p̄te vltimū illud determinabile stat determinate: s̄z si bene vis illam p̄positionem conuerrere: conuertere in hanc cuiuslibet angeli asinus cuiuslibet hoīs b asinus non est et sic p̄z de modo ascendendi et descendendi in illis.

Ter tñ tenet hāc p̄nam esse mu p̄m cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli b asinus nō est: ergo cuiuslibet angeli b asinus cuiuslibet hoīs b asinus nō est: ex p̄tri arguēdo ex opposito ad oppositū p̄ cuius declaratione dicit nō esse ascendendū et descendendū immediate in illa p̄pone sub vnica rñm determinatione: sed bene potest permitti immediate ascēsus et descēsus copulatiue sub qualz illarū determinationū faciēdo p̄ duas copulatiuas: quaz p̄ia cōponet ex oibz ascēdētibz et descēdētibz sub p̄ia ceteris eodē mō capz absqz additioe: relatiuū idētitatē determinabili alteri. et scōa p̄ponet ex oibz ascēdētibz et descēdētibz sub scōa ceteris paribus et absqz additione relatiuū idētitatis determinabili prime ita qz ubi cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli b asinus nō est: potest permitti descēsus hoc mō suppositis cōditiōibz: ergo s̄m hoīs asinus cuiuslibet angeli b asinus nō est: et itē hoīs asinus cuiuslibet angeli b asinus nō est: et sic de alijs: et cuiuslibet hoīs b asinus istius angeli b asinus nō est: et cuiuslibet hoīs b asinus istius angeli b asinus nō est: sic de singulis. Atqz isto mō pōt bñ dē defendi: sed qz hic modus ascēdēdi sub duobz terminis nō ē cōis: nō insequatur modū primo dictū. **Ex** dicitis p̄z solutio ad p̄firmationē p̄mā qz iuxta dicta p̄p̄ assumpra. hz scōam negatiuā p̄radictoria ex qz p̄bas qz nō nego qz in

illo casu sint ambegere negatiua em est falsa: et ad pbationē asinus negat p̄na: qz arguit a pluribus determinatis ad vnā determinatā et ex parte vltimi determinabilis sed p̄m op̄s ascendere sub vltima determinatione respectu cuius vltimū determinabile supponit pluribus determinationis seu confute.

Et per hec ad scōam confirmationē qz p̄p̄o ibi assumpta nullā ibi posttarū pōt habere vt ibi pbat: et error manifestissimus est: sed debet habere iuxta dictā vnā in qua determinatio supponat opposito mō ad vltimā determinationē: qz in ordine ad istā rñm distribuit et dederminabile vltimū opposito mō ad primā et sic p̄radictoria illius erit hec a hominis quilibet asinus cuiuslibet angeli b asinus non est.

Circa hanc p̄firmationē aduer tedū est qz nōnulli cū p̄poni posite in argumēto nō possint p̄radictoria asinusgnare dixerūt in h̄mō p̄ponibus scōm determinabile supponē primi inseq et sic iste equialet cuiuslibet hoīs asinus cuiuslibet angeli b asinus est et cuiuslibet hoīs asinus cuiuslibet angeli asinus est: et in determinationibus nō distributis et determinationibus nō distributis supponē prime determinationis insequit supponē scōe sed hoc ē inere volūtariū sine rōne imo sibi facile repugnat qz p̄radictoria huius a hoīs quilibet asinus b angeli quilibet asinus est: si hāc dēt cuiuslibet hoīs asinus cuiuslibet angeli asinus nō est si gabriel possideat duos asinos quū alter forzi et alter platonē cōicer et nō sint plura possidētia hāc s̄m si p̄o dēt hāc cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli asinus nō est abe sunt hē in eodē casu si p̄o hāc dēt cuiuslibet hoīs asinus cuiuslibet angeli asinus nō est illa scōz illos eq̄p̄oler p̄oi. Si p̄o hāc cuiuslibet hoīs b asinus cuiuslibet angeli asinus nō est illa equialet scōe p̄ illos qre ille modus nō hz apparet. **His** qz dimissis arguit p̄ ea q̄ dicta s̄m v̄z qz determinatio nō d̄z respicere suū determinabile nec determinabile suū determinationē argumēto s̄rudā: qz tūc scōm dicta p̄radictoria huius cuiuslibet hoīs asinus b angeli quilibet asinus videt esse hec a hoīs quilibet asinus cuiuslibet angeli b asinus non videt: sed hoc est falsum ergo &c. maior patet et minor probatur qz

casu quo sint duo hoies quoru quilibet habeat vnu asinu precise et sit vnus angelus dicitur vnu habens asinu qui a quolibet asino hominis videatur affirmativa patet etia veritas negatiue intelligenti primo sub qualibet parte predicati esse ascendendu q̄ sub aliquo alio termino.

Cad hoc argumentu quedā qui allerit illas esse contradicorias vnus capir: qz postq̄ determinatio subiecti distribuitur in ordine ad duas partes predicati quaru altera supponit cōfute tantū et altera determinat: sit vt contradicoria illius sit hec c hois quilibet asinus cuiuslibet angeli b asinu nō videt: sed iste q̄ est v̄sp̄sit non recte insperit dicta alterius: qz in illo casu nō sunt vere: qz ipe supponit in principio solutionis qz ly angeli sit determinatio huius totius asinu videt: et sic in casu affirmatiua est falsa qz Gabriel nō possidet nisi vnicū tantū asinū et ly angeli restringit solū ly videt et nō ly asinu quare sub ly asinu licet demonstrare aliquē asinū hois pio quo illa red dicitur falsa: sed dabunt vere casu quo quilibet hō habeat suū propriū asinū et quilibet asinus hois ab vno angelo possideatur a quilibet asinus se et quilibet alius videat et nō sint aliqui asini non posselli ab hoibus. Sc̄o postq̄ ly angeli est determinatio totius et nō illius termini asinū iuxta dicta horū p̄tingit q̄hos p̄i ascēdi sub ly asinū q̄ sub ly angeli p̄i in hac q̄libz asinū angeli quēz asinū videt: t̄c sequitur nō eē contradicoria illi h̄c c hois quilibet asinus cuiuslibet angeli b asinū non videt: qz si fortes sit ois homo possideat bunnellū et eūdē gabriel et fortes fanellū et eundē Raphael et quilibet istoz asinoz vnicū tantū leonē videat sic qz leonē quē vnus videt alter nō videat nō sit leo aliquis quin videat a bunnello vel fanello si illo de ly asinū ponas ly leonē ambe sunt falsæ: falsitas affirmatiue p̄i qz angeli ly videt restringit et nō ly leonē. Quare hec singularis erit falsa cuiuslibet hois asinus gabrielis quilibet leonē est videt qz sub ly leonē demonstrabo leonē quē nō videt asinus istius angeli. Et falsitas negatiue p̄i qz sub ly leonē opz p̄iua ascēdere quia determinate supponit et nō restringit ab aliquo quare p̄i contradicoria

illius fore hanc c hois quilibet asinus cuiuslibet angeli c asinū nō videt si quis diceret hic ad restrictionē huius tantus asinū videns sequi ly asinū restringi hoc sustentari posset et nō oporteret illam terminū mixtum supponere: sed hoc est cōtra illos in istis locis verū t̄n ad restrictionē totius sequat restrictio paritū videbitur argumēto vltimo.

Circa hec forte dubitabis vltio quomō opponunt iste due cuiuslibet hominis asinus cuiuslibet hominis asinus est et hominis quilibet asinus hominis quilibet asinus non est. Ad hoc respondeo subcontrarie: per regulam tertiam secundi capi. Et dabuntur vere de materia casu quo sint tres homines tantū et fortes possideat a et b asinos et plato et b. et c et cicero et et in eodem casu iste dabunt simul p̄: cuiuslibet hois asinū cuiuslibet alterius hois asinus est et hois quilibet asinus alteri hominis nullus asinus est. Sed de obliquis cum relativis longus erit processus in materia relativitū tractatu secundo.

Quinto p̄cipaliter arguitur. Iste contrariatur cuiuslibet hominis quilibet asinus est b asinus et cuiuslibet hominis asinus non est asinus. Et tamen dantur simul vere: ergo dicta nulla: maior patet quia nullus defectus committitur: et minor probatur: quoniam casu quo quilibet homo possideat omnes asinos ambe sunt vere: vt constat intelligēti significationē harum literarum. c. d.

Forte respondebis sicut respondendū est errorem esse y terminus distribuitur in ordine ad terminum stantem cōfute tantum stat mixtum.

Contra h̄c solutionem arguitur. Iste cōtrariatur cuiuslibet hominis quilibet asinus est c asinus: et cuiuslibet hominis asinus non est asinus et tamen terminus distribuitur in ordine ad terminum stantē cōfute tantū stat mixtum: ergo solutio nulla.

Ciboc argumentum inquit bonam difficultatē an vtz terminus distribuitur in ordine ad terminum stantem cōfute tantū. supponere potest mixtum. Unde respondeo ad formā argumenti q̄ quando aliquis terminus distribuitur

in ordine ad aliquē terminū: supponētē cōfute tantū p̄t in sua cōtraria mixtum supponere t̄iter tamen qz nō fiet cōfusa illius mixte respectu distributionis q̄ in alia supponebat cōfute tantū et ideo in prima p̄positionibus cōmittitur defectus qz determinabile distribuitur in ordine ad cōfutam predicatū mixtum supponit in negatiua cōfute. Sed in duabus p̄positionibus replice determinabile nō distribuitur in ordine ad cōfutam predicatū mixtum determinatā predictio hac nāqz cuiuslibet hominis quilibet asinus est c asinus: predicatū supponit cōfute respectu determinationis: et determinate respectu determinabilis quare in sua contraria poterit supponere determinabile cōfute sic patet discrimen. Quare patet qz licet hec cuiuslibet hois quilibet asinus est asinus: sit contraria huius: cuiuslibet hois asinus nō est asinus nō est tamen contraria huius a hominis quilibet asinus non est asinus.

Contra hanc solutionem arguitur h̄c p̄positioni cuiuslibet hois quilibet asinus hominis quilibet asinus est mixtum cōtrariatur in qua determinatio posita a parte subiecti aut determinabile supponat mixtum quacūqz mixta placuerit: ergo solutio nulla. Antecedens patet quia nec ista c hominis quilibet asinus cuiuslibet hominis nullus asinus est nec ista d hominis quilibet asinū cuiuslibet hois nullus asinus est nec ista cuiuslibet hois d asinus cuiuslibet hominis nullus asinus est nec ista cuiuslibet hominis c asinus cuiuslibet hois nullus asinus est illi cōtrariatur: ergo responsio nulla: antecedens probatur qm̄ casu quo quilibet homo habeat suū propriū asinū datur due p̄ime cum affirmatiua capta vere et dantur due alie vere cum affirmatiua capta casu quo sit vnus angelus tā vnus qui habeat duos asinos et cōmunicet vnus vni homini et alteri alteri et nō possideant aliud homines nec angeli et casus in similiti has cuiuslibet angeli quilibet asinus hois quilibet asinus est et cuiuslibet angeli d: asinus cuiuslibet hois nullus asinus est. Non sufficit dicere ad hoc argumentū qz terminus distribuitur in ordine ad cōfutam in affirmatiua non

debet supponere mixtum in negatiua et hoc maxime qm̄ in talibus p̄positionibus ponitur due determinationes qm̄ iste optime cōtrariatur cuiuslibet hois quilibet asinus cuiuslibet hois asinus est: et cuiuslibet hois c asinus cuiuslibet hois nullus asinus est. Et si vir doctus quidam asserat illas non contrariari.

Ciboc argumentum videtur probare nō posse terminū distributū in ordine ad cōfutam supponere mixtum aliqua mixta nihilominus id nō p̄batur. Et ad argumentū respōdeo qz hec p̄o cuiuslibet hois quilibet asinus hois quilibet asinū est nō p̄t habere contrariā in qua dicitur iminatio aut determinabile negatiue supponat suppositione mixta. Hoc sic patet qz si cōfusa mixte stet respectu determinationis error est manifestus. Si vero stet respectu determinabilis equialet cōfute. Unde suppositio mixta ista d hois quilibet asinus cuiuslibet hominis nullus asinus est equialet cōfute: equaliter nāqz illa p̄positio h̄c: a hominis quilibet asinus cuiuslibet hominis nullus asinus est hoc sic patet qz cōtradicit p̄positioni equialetit secide: hec enim secūda h̄c cōtradiat: cuiuslibet hominis asinus b angeli b asinus est: et prima h̄c: cuiuslibet hois asinus hois b asinus est: que per regulam decimā secūdi capitis equialet. Similiter suppositio mixta h̄c: a hois quilibet asinus cuiuslibet hominis quilibet asinus non est respectu determinationis equialet cōfute. Dicitur notāter respectu determinationis qm̄ respectu determinationis nō equalet cōfute illa mixta: semper suppono determinabile nō distribui in ordine ad suā determinationē nec e contra. Sed bene respectu determinationis positā a parte alteri? extremi. **C**Dico preterea eodē modo hanc cuiuslibet hominis d asinū cuiuslibet hominis quilibet asinus nō est equialere h̄c cuiuslibet hominis asinus cuiuslibet hois quilibet asinus nō est. Et p̄pter hoc hec nō est cōtraria p̄positioni assumptæ in replica sed quia suppositio determinabilis mixta in hac p̄pōne cuiuslibet hois c asinus cuiuslibet hois quilibet asinus nō est nō equalet mixte simpliciter s̄z supponit cōfute respectu determinationis determinate respectu determinabilis posita a pre

predicant: ideo nō contrariatur huic cuiuslibet hoīs quilibet asinus quilibet asinus est: sed bene huic cuiuslibet hoīs quilibet asinus cuiuslibet hoīs asinus est. Et his ergo habetur resolutio totius q̄ terminus distributus in ordine ad cōfusam potest in sua contraria supponere tali mixta suppositione q̄ determinata talis mixta sit respectu talis termini q̄ antea supponebat cōfufe non aut mixta enim cōfusa sit respectu talis termini: et hoc intelligitur dūmodo talis suppositio mixta non equivalet cōfufe.

¶ Contra hanc solutionem arguitur: sequitur ex solutione cōtrariā huius cuiuslibet hominis quilibet asinus angelus asinus non est nō posse hanc esse cuiuslibet hominis d̄ asinus cuiuslibet angeli quilibet asinus est: sed cōsequens est falsum: ergo et dicta: sequela probatur cōfusa mixta stat in affirmativa respectu determinabilis positi aperte p̄dicati quod antea supponebat cōfufe: ergo predicte nō cōtrariatur: et falsitas cōsequēns probatur qm̄ nō possit esse vere sed bñ false.

¶ Ad hanc replicam respondeo: cōcedendo sequela 2 negando falsitatem p̄ntis: et ad probationē nego q̄ nō possint dari vere: immo si quilibet homo possideat oēs asinos et quilibet angelus possideat etiam oēs asinos ambe sunt vere et mixta illa nō equivalet cōfufe nec etiam determinate vnde sit regula q̄ sola mixta cui cōfusa stat respectu determinabilis in affirmativa nō equivalet cōfufe nec determinate: in negativis equivalet cōfufe respectu determinationis talis determinabilis vt patet ex dictis: ex hac regula solvuntur infinita fere argumenta que circa hanc suppositionem mixtas possūt adduci tam in contrariis q̄ subalternis.

¶ Sed contra hanc solutionem arguitur in contraria huius omnis homo et homo omnis homo et homo sunt: non possunt illi termini supponere mixtim: ergo dicta nulla antedens p̄bat quia si aliquis possit capi pro contraria propositione dare i qua termini distributi supponerent mixtim maxime esset aliqua istarum c̄ homo et omnis homo c̄ homo et omnis homo non sunt: d̄ homo et omnis homo d̄ homo et omnis homo non sunt

sed nulla istarum est quia rebas vt mure sunt iste abe vere cū affirmativa assumpta. **¶ Ad hanc replicam respondetur:** concesso antecedente negando cōsequentiam et ratio est quia quacūq̄ mixta illi duo termini supponant semper cōmittitur error. Si enim vterq̄ illorum terminorum distributum supponat cōfufe determinate iam mixta secunde partis subiecti stat cōfufe respectu prime partis subiecti que ante supponebat cōfufe. Si vero vterq̄ supponat determinate et cōfufe mixta prime partis stat cōfufe respectu vltimi termini q̄ antea supponebat cōfufe non autem potest alter supponere cōfufe et determinate et altere terminare cōfufe: incepta enim esset: p̄ hoc enim est incepta vt dicitur in coplatis d̄ homo et quilibet homo c̄ homo et omnis homo non sunt: poterit tamen quilibet illozū supponere mixtim quāuis ambo non possunt. ista namq̄ homo et omnis homo quilibet homo et quilibet homo non sunt optime cōtrariatur illi supposito q̄ ly ḡ faciat ly hō supponere cōfufe respectu prime partis p̄dicati et respectu aliorum determinate. Similiter et hec quilibet homo et quilibet homo c̄ homo et quilibet homo non sunt et sicut de his dicimus dicere possumus de propositionibus in quarum vtraq̄ ponatur suppositio mixta.

¶ Sexto principaliter arguitur: iste contradicit cuiuslibet hominis b̄ asinus nō est animal: et hominis quilibet asinus est animal supposito vno quod est contra superius dicta argumento secundum sit: tamen non est impossibile videlicet q̄ in hac propositione cuiuslibet hominis b̄ asinus nō est albus prius dēcedatur sub determinabili disiunctive q̄ sub alio quo alio termino hoc igitur supposito q̄ nō est impossibile tunc claret illas propositiones contradicere. Et q̄ possunt esse vere sic probō et pono casum q̄ fortis habeat omnes asinos albos. Plato vero habeat aliquos asinos nigros tunc veritas affirmativa patet q̄ sub ly hominis d̄bitur vna singularis vera demonstratio fortis. Sed veritas negativa probatur quia ex supposito in hac propositione cuiuslibet hominis b̄ asinus nō est albus

mediate ascendendū est sub ly asinus disiunctive et datur aliqua singularis vera demonstratio asinum nigrum plarontis. **¶ Forte respondebitur apparet negando illo supposito illas propositiones contradicere sed contradictoria huius cuiuslibet hominis b̄ asinus nō est albus: erit hec a hominis quilibet asinus est albus.**

¶ Contra istam solutionem arguitur multipliciter. primo sic ille suppositio in illo casu sunt vere: ergo duo contradictoria sunt vera veritas negative probata est: sed veritas affirmativa p̄bat. bene sequitur hominis quilibet asinus est albus: ergo a hominis quilibet asinus est albus a determinata ad cōfusam: nec valet dicere q̄ variatur probatio q̄ semper arguēdo a determinata ad cōfusam variatur probatio. **¶ Preterea sic probatur bene sequitur fortis quilibet asinus est albus et fortis est a homo: ergo a hoīs quilibet asinus est albus.** **¶ Preterea sic arguitur si iste due essent cōtradictorie cuiuslibet hominis b̄ asinus nō est albus et a hominis quilibet asinus est albus sequeretur q̄ iste essent cōtrarie cuiuslibet hominis b̄ asinus non est albus et hominis quilibet asinus est albus: sed p̄bare sunt ita vere: ergo respositio nulla: sequela probatur per secundam regulam secundi capituli videlicet si aliquibus propositionibus non deficiat aliqua alia conditio ad hoc q̄ sint cōtradictorie nisi q̄ terminus qui in vna debet stare cōfufe iter determinate tales propositiones cōtrarie opponuntur. **¶ Preterea sic arguitur in casu illo posito conceditur affirmativa falsa et negativa etiā est falsa: ergo due cōtradictorie sunt falsae: falsitas negative p̄bat. primo sic bene sequitur cuiuslibet hominis b̄ asinus nō est albus: ergo cuiuslibet hominis asinus non est albus a determinata ad cōfusam et falsitas cōsequēns manifesta est: ergo illa est falsa. **¶ Secundo sic bene sequitur: cuiuslibet hominis b̄ asinus non est albus fortis est homo ergo fortis b̄ asinus non est albus consequentia patet in quarto prima conclusio est falsa ergo aliqua premissarum et non minor ergo maior.******

¶ Et confirmatur ista ratio eodē supposito iste sunt contrarie hominis q̄

libet asinus cuiuslibet angeli quodlibet album est: cuiuslibet hominis b̄ asinus cuiuslibet angeli nullum album est et tamen dantur simul vere ergo dicta nulla sequela est manifesta et maior patet quia nullus error cōmittitur et minor p̄bat et pono casum q̄ fortis possideat brunellum qui sit quodlibet album et a quilibet angelo possessum: plato vero fauelli nigrum tunc veritas affirmativa manifesta est et etiam negative et supposito q̄ d̄bitur vna ascendens vera sub ly asinum demonstrandū fauelli nigrum.

¶ Et subconfirmatur iste contradicitur cuiuslibet hoīs b̄ asinus est aial et hominis quilibet asinus non est animal tamen dantur aut simul vere aut falsae: ergo dicta nulla maior patet et minor p̄bat eodem supposito videlicet q̄ in affirmativa prius sit ascendens sub determinabili disiunctive casu quo quilibet homo suum propriū habet asinum falsitas affirmativa ex supposito manifesta est et negative manifestior.

¶ Si forsan dicas sicut antea contradicitur affirmative nō esse illam sed hanc a hoīs quilibet asinus nō est aial arguitur p̄ta hoc multipliciter sequeretur has equivalet cuiuslibet hoīs b̄ asinus est aial et cuiuslibet hoīs d̄ asinus est aial quū contradicat eidē. **¶ Preterea sic arguitur in casu posito ambe sunt vere et abe sunt falsae ergo nō contradicunt: primo q̄ ille sint vere patet q̄ i hoc casu negativa est vera et veritas affirmativa probatur prius sic bene sequitur cuiuslibet hoīs quilibet asinus est animal ergo cuiuslibet hominis b̄ asinus est animal antedecē est verū ergo et p̄na. et q̄ bene sequitur patet q̄ arguit a subalternate ad subalternatā. **¶ Secūdo sic bene sequitur hominis asinus est animal et nullus homo est homo quin illius asinus sit animal ergo cuiuslibet hominis b̄ asinus est animal et antedecē est verum ergo et consequens consequentia patet ab eponētibz. vniuersalis ad vniuersalem.****

¶ Hec argumenta sunt apparatus multū illo supposito q̄ d̄bitur p̄tas d̄bitur: ad admitendū est in illo admittit cēteo respondendū ad argumentum propositiones primas sumptas nō contradicere et

Inuenitur error q in negativa subiectuz virtualiter accipitur vnice p. cuius declaratio est aduerrendū illo supposito has duas equalere cuiuslibet hois b asinus nō est albus r asinus cuiuslibet hominis nō est albus r supposito q ly cuiuslibet nō sit pars qm in vtroq ab eisdem terminis incipitur pbario: hoc igitur cogito respondeo illo supposito contradictoria illius esse quācumq istarū quilibet asinus cuiuslibet hois est albus vel hac: a quilibet asinus hois est albus vel hac a hois quilibz asinus est albus capiēdo sōm vnice q̄uis determinatio precedat. Et ad improbationez nego q̄ illo casu illa sit vera capiēdo subiectū vnice. Et ad improbationē primā negatur cōsequētia r q̄uis arguat a determinata ad confulam: arguitur virtualiter et in nō vnica ad vnica capiēdo subiectū modo dicto. Ad aliam probatōnem negatur cōsequētia nec est expositioa s̄ bene ex illis premisis licere inferre illam si subiectuz caperetur nō vnice.

Ad tertiu q̄ inferz q̄ iste deberent esse cōtrarie hois quilibz asinus currit r cuiusly hois b asinus non currit: per regulā illam respondeo negando consequentiā quia cetera non sunt pars quia in affirmatiua virtualiter subiectū accipitur nō vnice r in negativa virtualiter vnice. Ad alias rationes quibus volebas pbare istas falsas: facile est iuxta dicta respondere. Et ad primā nego istā cōsequentiā cuiuslibet hois b asinus nō est albus ergo cuiuslibz hominis asinus nō est albus quia arguitur virtualiter a determinatione vnica ad non vnica r patet ex dictis. Et per idem patet solutio ad secundā quia illa consequentiā nō est in serio: submittitur em̄ sub determinatione vnica virtualiter. Et per hec facili patet ad cōfirmationē: nego enim illo supposito illas esse contrarias r error: est iam dictus q̄ subiectū negativē virtualiter accipitur vnice r affirmatiue nō vnice. Similes impugnationes possent fieri cōtra hec que in argumento: ad quos eodem modo respondeo. Et q̄uis credidi quandoq̄ hunc moduz meliorē esse quocunq̄ alto: apparet mihi nūc non esse ad equarum modum respondēdi: tum quia

Argo ex hoc patet hanc consequentiam non valere: non parrhysius vel rome venditur omne piper: ergo non parrhysius et rome venditur omne piper: quia arguitur a confusa ad determinatam ex parte de ly piper nec hec videlicet parrhysius et rome venditur omne piper: ergo parrhysius vel rome venditur omne piper: similiter ex illo antecedente non sequitur hec: piper venditur parrhysius et rome: sed bene hec: piper parrhysius et rome venditur. Si fortasse velles probare ppositio nes illas iam dictas contrarias in illo casu non esse veras sic arguendo non parrhysius vel rome venditur omne piper: et parrhysius et rome venditur omne piper ergo parrhysius et rome venditum non est parrhysius vel rome venditum.

Ad hoc respondeo concedendo consequentiam et antecedens ut patet. Sed contra dicta sic arguitur sequitur ex dictis posse duas contradictorias esse veras vel falsas consequens est falsum: ergo et antecedens probatur sequela et sic arguo ex dictis iste contradictoriae in aliquo pago et parrhysius venditur omne piper: in quolibet pago vel parrhysius

omne venditum piper nō est. Sed am-
be sunt vere in illo casu iam dicto: ergo
propositū. forte dices illam non esse suā
contradictoriā: q: ly piper in affirmati-
ua distribuatur in ordine ad terminū
supponentem confuse tantum: z in hac
etiam supponit confuse tantū: sed q: hec
erit sua contradictoria in quolibet pa-
go vel parrhifus omne venditum. b. pi-
per non est.

¶ Contra hoc arguitur: ille pos-
sunt esse false: ergo hec non est contradi-
ctoria propositio. date probatur. sicut
z pono casum q: parrhifus omne piper
vendatur z quodlibet piper quod par-
rhifus venditur: in pagis etiam vendat
sic q: medietas piperis quod parrhifus
venditur vendat in vno pago et altera
medietas in altero pago non in vendat
in vno pago totū piper tunc falsitas af-
firmatiue manifesta est: z etiā huins in
quolibet pago vel parrhifus quodlibet
venditū. b. piper nō est: vt patet descen-
dēt sub ly piper qd supponit determinate.

¶ Ad hanc replicā respondetur
illius propositio nulla datā esse suā
contradictoriā: sed hāc forte: in quolibet
pago vel parrhifus quodlibet venditū
c. piper nō est: q: ly piper distribuit in ordi-
ne ad primā partē copulati que suppo-
nit determinate z i ordine ad ly venditū
quod supponit confuse tantū: in huius tamē
parrhifus z rome venditū omne piper con-
tradictoria: ly piper supponit determina-
te. quia non distribuatur nisi in ordine
ad ly venditum quod supponit confuse
tantum: nam partes copulatiū singu-
lariter supponunt.

¶ Contra hoc arguitur z pono oīa
sicut nunc se habent nisi q: idē piper par-
rhifus z rome vendat: tunc sic arguo ex
dictis sequitur hanc esse concedendam
parrhifus z rome omne ens venditū est
piper quod patet: quia quilibet ascen-
dens est vera sub illo determinabili qd
determinatur a toto copulato non erit
licet demonstrare sub illo termino ens
venditum nisi piper: quia non supponit
pro aliquo alio: nisi enim aliud vendi-
tur parrhifus z rome etiam sic facile pa-
babitur istum piper parrhifus z rome
venditū: ergo parrhifus z rome omne

venditum est piper: ab exclusiua primi
ordinis ad vniuersalem de terminis tra-
spositis. Tertio sic probatur bene sequi-
tur parrhifus z rome aliquid ens ven-
ditum est piper z nullum parrhifus et
rome ens venditum est parrhifus z rome
meens venditū quin illud sit piper: ergo
parrhifus z rome omne ens venditum
est piper consequentia patet per sensus
propositiois vniuersalis. Copulatiua ad
non sit concedēda: patet copulatiua ad
quāz reducitur est hec parrhifus omne
ens venditum ē piper z rome omne ens
venditum est piper que falsa est eius que
liber pars sit manifeste falsa: ergo pro-
positio illa est falsa. ¶ Patet etia bñ sequi-
tur parrhifus z rome omne ens vendi-
tum est piper: ergo parrhifus vel rome
omne ens venditum est piper et conse-
quens est falsum: vt patet: ergo z aña.

¶ Tertio sic probatur: ppositio
sequens: scilicet parrhifus vel rome ali-
quod ens venditum non est piper ē sua
contradictoria z illa est manifeste vera:
vt patet siue reducās illaz ad distinctiā
siue ascendās sub ly ens venditum: z hec
elstratio melior ad probandum propositi-
onem illam falsam.

**¶ Ad hāc replicam in qua inqui-
ritur difficultas hec:** videlicet vtrum in
hac propositioe parrhifus z rome oē
ens venditum est piper sit prius ascen-
dendum vel descendendum sub ly ens
venditum aut redcēdum illam propositi-
onem ad copulatiuam: ad quam re-
spondeo q: prius oportet reducere pro-
positioem ppositam ad copulatiuam
q: ascendatur sub ly ens venditum: z ra-
tio est: quia prius oportet probare pro-
positioem ex parte determinationis non
vniue q: ex parte determinabilis z quia
totum copulatiū est determinatio illius
termini ens venditum: ideo prius oportet
probare ex parte totius copulati et
deinde reducere illam ad copulatiuam:
z sic patet illā propositioē esse falsam.

¶ Et ad probationes quibus probatur
illa vera respondeo ad primam negādo
q: liceat ascendere prius sub determina-
bili q: sub determinatione. Sed hec re-
sponso non videtur vera: quia dicitur
semper sub determinabili determinatio

tio non vniue valere ascensum in affir-
matius non autē in negatiuis: quare si
propter hoc velles dicere q: licet ascende-
re sub ly ens venditū q: nis non liceat de-
scendere: tunc nego q: quilibet ens ascen-
dens sit vera: q: demonstrato pane qui
tantū venditur parrhifus hec est falsa
parrhifus z rome hoc ens venditum est
piper. z dico q: ly ens venditū nō suppo-
nit solum pro illo quod parrhifus et rome
venditur: quia sic rebns vt nunc hec
elset falsa parrhifus et rome omne ens
venditum est ens.

¶ Sed dico q: supponit indifferēter pro
illo q: parrhifus venditur et pro illo qd
rome venditur sicut in sua contradicto-
ria supponebat etiam pro quocunq: qd
parrhifus vendebatur z etiam pro quocunq:
quod rome verum est tamē q: in
hac omne ens venditum valli folet et fa-
lamance est vnum ly ens venditū so-
lum supponit pro illo quod venditur in
viroq: loco: quia accipitur vniue: z in sua
contradictoria pro eodem supponit: sed
non in hac valli folet et compluri omne
ens venditum est piper: supponit pro il-
lo quod in viroq: illorum locorum ven-
ditur: sed pro quocunq: quod compluri
venditur: z etiam pro quocunq: quod val-
li folet venditur.

**¶ Ad secundā probationē qua il-
lam propositioem probas nego** conse-
quentiā: q: virtualiter arguis a non vni-
ca ad vniue: sed quā habeat illa exclu-
siua vniuersalē z quā habeat illa vniue-
sali exclusiuam videbis in tertio libro
argumento primo secundi articuli exclu-
siuarum.

¶ Ad tertiā probationē nego con-
sequentiam: quia illa propositio non est
exponentiā prius ratione determinabili-
lis q: ratione determinatiōis: ideo re-
duc illam prius ad copulatiuam z deinde
de quālibet partem populatiue erpone.
¶ Sed contra concessioem huius con-
sequentie parrhifus z rome venditur pi-
per: ergo a piper venditū parrhifus z rome:
arguitur sic consequens est falsum
in casu vt patet: quia terminus inclusus
in ly venditur supponit determinate: er-
go dicta nulla. Si forte respondeas sicut
respondendum est negando consequen-

tiam illam: quia arguitur a confusa ad
determinatā ex parte illius termini ven-
ditur et q: hec erit sua conuertens: a pi-
per parrhifus et rome venditur. Contra
hoc arguitur si elset verum q: in hūc pro-
positione parrhifus et rome venditur pi-
per confundēretur terminus in ipso in-
clusus sequēretur hanc fore concedēdā
parrhifus z rome vendebatur b. piper ca-
su quo aliqd piper fuisset in aliquo tem-
pore venditum parrhifus: z idem piper
fuisset in alio tempore venditum rome:
ita q: nunc in eodem instanti idē piper
parrhifus et rome vendatur: sed hoc est
falsum: ergo dicta nulla sequela proba-
tur: quia pono ly b. ad denotandum q: il-
le terminus supponat determinate sic q:
immediate liceat sub ipso ascendere z de-
scendere distinctiue z aliqua descendēs
est vera: hec em est vera parrhifus z rome
vendebatur hoc piper: vt patet reducē-
ti ad copulatiuā: sed probatur minor q:
illa propositio sit falsa: sua contradicto-
ria que est hec a parrhifus vel rome nō
vendebatur piper: suppositio omne
fundat totum distinctum est vera: ergo
altera est falsa: probatur antecedens: ne
sequitur a parrhifus vel rome in ma-
lo instanti vendebatur piper: ergo a par-
rhifus vel rome non vendebatur piper:
z antecedens est verum vt patet ascen-
denti sub illo termino instanti: quia que
libet ascendēs est vera: ergo z sequens.

¶ Si forte dixeris propter hoc illam nō
esse suam contradictoriam: sed fore hanc
parrhifus vel rome non vendebatur pi-
per: sed hoc est manifeste falsum tum q:
error est manifestus tum etiam quia re-
bus se habentibus vt ante hoc se habue-
runt ambe sunt false.

**¶ Secōdo arguitur contra solutio-
nem:** non arguitur in hac consequentia
(parrhifus z rome venditur piper: ergo
a piper venditū parrhifus z rome) a con-
fusa ad determinatā ex parte de ly ven-
ditur: ergo male responsum est: antea-
cedens probatur: confusa de ly venditur re-
spectu copulati equiualeat determinate:
ergo propositum: antecedens probatur:
ly venditum est determinabile copulati
ergo per secundam regulam obliquorū
capi. secundo positā: confusa illius e que

ualet determinate: et e contra.

¶ Ad primum argumentū respon-deo propter hec que dicta sunt dicendo totum copulatam in negatiua nō debere supponere confuse nec determinate: sed mixtum: et sic hanc assignabis pro cōtradictoria parthifinus. d. vel rome non vendebatur piper in qua prius descendē dum est sub illo termino piper: et deinde totum distinctum manebit determinate et pro causa assignabis: quia illud copulatū respicit in affirmatiua duos terminos quorum primus supponit confuse tantum: tempus videlicet importati per copulā et secundus est ly piper q̄ supponit determinate hec solutio bene pōt defendari. Sed iuxta dicta circa penultimum argumentū obliquarū circa hanc et similes omnis homo in .b. instanti erit albus qui uellet dicere non oportere ponere suppositionem mixtam: quia non licet sub tempore importato per copulam descendere quousq̄ reducat̄ur hec a parthifinus vel rome in nullo instanti vendebatur piper: ad distinctiuam: ita q̄ prius probetur sub illo termino piper: et deinde reduc ad distinctiuam: quia cum non liceat descendere sub ly uenditum quousq̄ probetur ex parte distincti quod est determinatio illius termini uenditū: etiam non licet sub tempore importato per ly vendebatur descendere quin prius probetur ex parte distincti. dic vt libet dummodo consequenter loquaris.

¶ Ad secundum dic si uelis q̄ uerum est quod equiualeat confuse illa determinata: sed q̄ error est: quia arguitur a non unica ad unicam.

¶ Adhuc arguitur: hec est cōcedenda piper parthifinus et rome uendit: ergo male dictum est: antecedens probatur: hec est copulatiua ad quam reducitur: piper uenditur parthifinus et piper uenditur rome: hec est uera igitur.

¶ Si dicas oportere prius descendere distinctiue sub ly piper: deinde descendentes esse reducendas ad copulatiuā.

¶ Contra hoc arguitur: illa reducitur immediate ad hanc copulatiuam: piper uenditur parthifinus et idem piper uenditur rome: ergo immediate potest reduci.

¶ Ad hanc replicā respōdeo sicut responsum est vsq̄ ad replicam ad quam respondeo q̄ uerum est q̄ potest reduci ad illam immediate: sed propter hoc nō sequitur quin securius sit in hęc pōpōsitionibus immediate ascendere sub terminis precedentibus quibus possint immediate reduci ad copulatiuam cum ad ditione relatiui identitatis.

¶ Cōtra hoc arguitur sic: aliqua propositio de copulato diuisiue supra in qua aliq̄s terminus supponit determinate potest reduci ad copulatiuam et nō est maior ratio de vna q̄ de alia: ergo et que liber: sed consequens est falsum: ergo et antecedens probatur minor: et capio hanc propositiōem aliquod piper in isto loco et in isto loco et sic de singulis uenditur: in qua uolo q̄ in ly sic de singulis includatur copulatam compositum ex infinitis partibus: in quarum qualibet diuersus et diuersus locus demonstrabitur: tunc illa est falsa: vt patet descendenti sub illo termino piper: casu quo sint infiniti facci piperis et prius uendatur in quolibet locorum infinitorum dempto primo: secundus in omnibus locis dempto secundo: et sic in infinitum: et tamen hec copulatiua ad quam reducitur est uera aliq̄s piper in isto loco uendit et idē piper in isto: et sic de singulis.

¶ Hoc argumentū bene probat q̄ q̄n copulatam infinitas partes habet propositio de copulato nō possit reduci ad copulatiuā cū relatiuo idētitatis: sed tamen bene q̄n finitas partes importat bene pōt reduci cum additione: et ratio huius est: q̄ q̄n infinitas partes terminus importat non est ueniendū in copulatiua ad vnā pōsitionē in qua relatiuum pro vnica tm̄ re supponat: sed bene q̄n hęc finitas his tamē nō obstatibus sine copulatiua habeat partes finitas sine infinitas multo securi⁹ est sub quolibet termino mobiliter supponente descendere anteq̄m reducatur ad copulatiuā: et sic procedemus in argumentis sequētibus: et hec sufficiat adduxisse circa sophistica hoc antiquissimū circa q̄ multa impertinentia possent applicari: sed nos missa facimus omnia impertinentia: quia sciam per ab ipsis fugimus.

¶ Ad confirmationē facile est respondere negando antecedens: et ad probationē nego q̄ illa pōsitiō sit uera: imo nec est possibilis: et ad probationē nego q̄ ad illā copulatiuā reducatur: unde soler cōiter dici illam esse reducendā ad copulatiuā ratione prioris: q̄ regula est a primo signo incipiendā esse pōtationē: et ideo illa pōsitiō ad hanc copulatiuā reducitur albus est fortis et plato et nigrū est fortis et plato: et hoc est quod cōmunitur dici solet: sed q̄ scōm signū est eque principale sicut primum et cum utriq̄ sit ueritas falsitas non uideo cur non possit ratione secundi probari: et ideo dico q̄ potest ratione secundi reduci ad copulatiuam: sed hoc erit descendēdo primo sub ly albus et ly nigrum que supponunt determinate ne in reductione arguamus a pluribus determinatis ad vnā: unde hec pōsitiō hoc albus et nigrum sunt fortis et plato indifferenter tam ratione primi signi q̄ secūdi reduci potest ad copulatiuam et ratione cuiusq̄ reducatur inuenietur copulatiua falsa.

¶ Contra hoc arguitur: sequere q̄ aliqua propositio de copulato esset uera: tamen copulatiua non esset talis cōsequens est contra dicta ergo et antecedens sequela probatur: et capio hanc albus et currens et thieronymus et ferdi nandus sunt amici capiendū medium et complexiue et reliqua diuisiue: tunc illa est uera: casu quo ferdināndus et thieronymus currant et sint albi et amici: tunc ueritas illius probatur: quia hec est copulatiua ad quam reducitur: uidelicet albus et ferdinandus sunt amici et currens et thieronymus sunt amici est uera vt p̄t̄: igitur illa est uera: sed q̄ illa sit falsa patet: quia copulatiua ad quam reducitur ratione prime coniunctionis que diuisiue capitur est falsa: vt patet reducēti.

¶ Ad hanc replicam respondeo q̄ illa est falsa et non debet cognosci per reductionem ad copulatiuam: quia nunc copulatum complexiue capitur reddit suppositum uerbo postq̄ est pluralis numerus illa cognoscenda est per suppositionem subiecti et suppositio extremi per suppositionem partium.

¶ Secundo principaliter arguit

iste contradicunt hominis. a. albus albus et nigrum est cuiuslibet hominis quilibet asinus quodlibet albu vel quodlibet nigrum non est tamen dantur simul uere: ergo dicta nulla consequentia est nota et probatur antecedens: quia si fortis haberet duos asinos: quorum vnus sit albus et alter sit niger ueritas utriusq̄ manifesta est probanti.

¶ Ad hoc argumentum breuiter respondeo in huiusmodi propositionibus non solum inspiciendū esse ad partes copulati et ad alios terminos distinctos uerum et ad ly: unde oportet aspicere particularitates aliorum extremorum: quia ipsas respicit et etiam in hac hominis/a/asinus albus et nigrum est ly et respicit illum terminum hominis qui supponit determinate et illum terminum asinus qui supponit confuse tantum: ideo in sua contradictoria distinctum mixtum debet supponere eritq̄ hec contradictoria cuiuslibet hominis quilibet asinus quodlibet albu et vel quodlibet nigrum non est simili modo contradictoria huius homo uel a asinus omne animal est: est hec quilibet homo et quilibet asinus. g. animal nō est si duas confusas et determinatas denotet ly. g.

¶ Si contra hoc arguas: q̄ tunc in hac propositione quilibet homo uel asinus est b/animal/ly homo debet supponere mixtum et nō aliter: sed hoc est falsum cū hec sit sua contradictoria a homo et quilibet asinus non est animal.

¶ Ad hoc respondeo negando q̄ in pōsitione illa debeat supponere mixtum: quia suppositio confusa secūda partem respectu prime equiualeat determinate per quandam regulam iam positam.

¶ Et si contra hoc arguas: quia tunc in contradictoria huius homo et a asinus omne animal est/ly animal deberet supponere mixtum consequens est falsum/ergo et antecedens/sequela patet: quia ly animal distribuit in ordine ad duos terminos/ quorum primus supponit determinate/et secundus confuse: sed hoc est falsum quū ista est sua contradictoria. Quilibet homo et quilibet asinus animal non est/ quum non possint dari uere nec false de forma acceptionis terminorum.

Ad hoc rñdeo pcedēdo se quela negādo q̄ p̄ns sit falsum: immo ille dant simul vere sic dicēdo. Essentia diuina ⁊ a persona ois persona est: quilibet essentia diuina vel quibet p̄sona: p̄sona nō est.

Et si p̄ra hoc arguas: q̄ r̄nc esse non p̄traderent: quilibet homo ⁊ asinus cui insitibet angeli quilibet asinus est ⁊ hō ⁊ quilibet asinus angeli asinus nō est: sed hoc est falsum quum repugnat illis veritas et falsitas de forma exceptionis termino: igit̄ sequela probat: cōmittit̄ ibi idē error: videlicet q̄ termin⁹ distribut⁹ in ordine ad termin⁹ supponentem cōfute tm̄ supponit cōfute tm̄.

Ad hanc replicā rñdeo negādo sequela: ⁊ ad probationē nego q̄ mittat̄ ille error: q̄ p̄fusa illa equialet determinate per regulam vltimam secundi capituli iam hic resumptam.

Quibitabis forte an iste due sc̄s. a. homo homo ⁊ quilibet homo est ois homo: ois homo vel hō non est capiēdo ly ⁊ et ly vel diuifue: et suppositio q̄ prius debeat descēdi sub oibus terminis anteq̄ reducant̄ participat̄ legē p̄tradictoziā.

Quidam dyalecticos hec que sequunt̄ ponit: hoc dubiū mouet p̄pter quendā qui in decimo nono principali argumēto inuārit̄ deceptionū et nō disceptationū videt̄ tenere partē affirmatiuā difficultatis: sed iste pingui mufa nat⁹ more solito aberrat: nam capiēdo loco sc̄bi termini homo illum terminū materia: ⁊ posito q̄ oēs hoies habeāt eandē materiā numero ⁊ non sit alia materia ab illa instat̄ et sunt simul vere hec ille: miror̄ vbi hic habebat̄ mentē quidā aliū ⁊ inimicū inconsiderate carperet non bene aspiceret maxime: q̄ afflictū oēs defendere nituntur q̄s diceret hanc esse verā. a. hō materia ⁊ quilibet hō est: capiēdo ly et diuifue sicut̄ ip̄e capit. fortasse ip̄e hoc inspicies aut quia id calograpthorum vitio fuerat additum in secunda suorum librorū excursionē dicit q̄ rebus vt nunc viraq̄ est vera quāuis hoc minus in apparenter tamē non est vere dictum: quia ille non possunt esse vere nec false in terminis creaturarū ⁊ ille qui carpebatur non bene incutatur ab eo: q̄ vt patet supponit prius esse descēdendū sub oibus ter-

minis affirmatiue anteq̄ reducat̄ ad copulariā ⁊ sic prius descēdat̄ sub vltima parte predicat̄: et deinde sub vltima ac postmodo sub subiecto: et deinde op̄s q̄ reducat̄ ad copulariā: quare rebus vt nunc affirmatiua est falsa illo supposito ⁊ equialet huic in terminis creaturarū d. homo hō et quilibet homo est: ad hec huic equialet in terminis creaturarū hō homo ⁊ quilibet hō est que huic negatiue cōtradicit̄ ois homo ois hō vel homo nō est: hec prolixius egi propter aliquos qui non vident̄ tradē oculi prop̄: at festucam in alieno inspicit̄. Rādendo igit̄ ad dubiū dico illo supposito prop̄ositiones illas in terminis creaturarum repugnare: sed possunt esse vere in terminis diuinis sic capiēdo a persona essentia ⁊ quilibet persona est: quilibet p̄sona que libet essentia vel persona non est: sed de hōi prop̄ositionibus in quibus ascenditur sic anteq̄ ad copulariā reducant̄ videbitur tertio articulo.

De hoc signo vterq̄.

In hoc sc̄do articulo de hoc signo vterq̄ dicendū est: similiter de signo eius contradictozio q̄: q̄ non habet no men impositū vt̄tur sophiste hoc signo alterū: causa quare vterq̄ ad hunc locū delata est determinatio huius signi fuit: q̄ ly vterq̄ in sua expositione includit̄ hanc coniunctionem et diuifue tantam vt̄ videbitur statim.

Unde pro declaratione huius aduertendum est hoc signum vterq̄ dupliciter apud sophistas sumi vno modo capitur prout est signū distributiū cōplete pro quolibet duozū ⁊ sic sensus huius vterq̄ homo est animal est hic quilibet homo duozū est animal: aut si manū quodcunq̄ duozū hominū quilibet homo est animal: hoc modo licet mediante copula de presenti vterq̄ sit subalternans huius signi quilibet non tamen mediante quacunq̄ copula: non em̄ sequitur vterq̄ homo fuit currens: ergo omnis homo fuit currens si ly fuit vn̄iat̄ pro instanti q̄ si solum fuissent: fortē ⁊ plato simi ⁊ cūcurrissent ⁊ cicero fuisset solus ⁊ nō cūcurrisset antecedens est verum et consequens falsum et hac acceptatione vti sunt sophiste antiqui.

Alio modo accipitur hoc signū vterq̄ vt̄ distribuat̄ pro duozum quolibz et in hoc sensu incomplete capitur hoc signū ⁊ cōueniunt oēs in hoc q̄ ad veritatem prop̄ositionis in qua ponitur sufficit ⁊ requiritur q̄ dentur due ascēdentes vere et ad falsitatem q̄ non possint dari tunc descēdētes vere id intelligo: posita constantia q̄ talis termin⁹ supponat qm̄ si non supponat si fuerit affirmatiua est falsa et si negatiua vera: ⁊ ad hoc q̄ termin⁹ determinatus a tali signo supponat oportet q̄ duo habeat supposita: vn̄ de subiectum huius vterq̄ homo est currens sic debet verificari hoc est duozū hominum homo siue sic hoc alter homo est si sensus huius sit hoc est duozum hominum homo ⁊ hoc est quod cōmuniter dicitur q̄ sub termino determinato ab hoc signo vterq̄ licet descēdere et ascendere copulatiue sub distinctione. i. per distinctionem compositā ex copulatiuis: quāru quilibet copulatiua habet duas cathedra. Copositum huius dices de hoc signo alterum: videlicet q̄ ad veritatem prop̄ositionis in qua ponitur hoc signū sufficit: ⁊ requiritur q̄ nō dentur due singulares false: ⁊ ad falsitatem q̄ dentur due false. ⁊ in hoc sensu capiēdo istū signū antiqui logici dicebant sensum huius prop̄ositionis vterq̄ homo est currens esse aliquozū duozum hominum quilibet homo est currens: sed hoc non stat cūm his que dicta sunt: quia si ly homo caperetur absolute ⁊ duo homines tantuz currant hec est vera vterq̄ homo est currens: q̄ dantur due singulares vere ⁊ hec est falsa aliquozū duozum hominū quilibet homo est currens quia sub illo termino hominum nulla singularis est vera: q̄ maxime esset demonstrando illos duos homines currētes: sed illa est falsa: quia bene sequitur istozum duozū hominū quilibet homo est currens ⁊ iste quatuor medietates sunt isti homines: ergo istarum quatuor medietatum quilibet homo est currens: ⁊ p̄ns est falsum vt̄ patet: q̄ sub illo termino homo dabitur aliqua singularis falsa demonstrando medietatem. Quare p̄pter hoc dicitur cōmuniter supposito q̄ ad veritatem p̄pōnis in qua ponitur tale signū sufficiat ⁊ requiratur q̄ dentur due singulares vere: sensum huius

vterq̄ homo est currens esse hunc: duozū hominum vnus homo ⁊ alius hō est currens capiēdo ly ⁊ diuifue: sensumq̄ huius alter homo: currit capiēdo ly alterum contradictozio modo ad ly vterq̄ esse hunc. Quozūlibet duozum hominū quilibz homo vel quilibet alius homo currit: ⁊ quāuis in affirmatiuis ly vterq̄ possit explicari nō addendo istum terminū duozum in negatiuis autē id nequāq̄ possit fieri: hec enim est vera vterq̄ hō nō est currens si vnus tantū homo sit ⁊ hec est falsa vn̄ homo et alius homo nō est currens: quare sensus illius negatiue erit iste: duozū hominum vnus homo et alius homo nō est currens. Inquires fortasse quomodo se habet sensus datus ly vterq̄ ab antiquis ad sensum iam datum: respondeo q̄ in affirmatiuis est subalternas ⁊ in negatiuis etiā si nāq̄ ex materia platonis et forma sortis fiat plato ⁊ nō sint plures homines: hec est ver̄ vterq̄ homo est fortē vel plato secundū sensum iam datum et secunduz antiquos est falsa: deinceps semper procedemus secundum sensum vltimo datum nisi oppositum supponatur expresse.

Contra hunc modum exponendi fortasse argues: cōuertatur ly. a. cū hoc disiuncto fortes vel plato vel cicero: tunc hec est vera vtrumq̄. a. est animal: et hec est falsa duozum. a. vnus. a. ⁊ aliud. a. est animal: quia nulla ascēdens est vera sub ly duozum. a. quia nō supponit ly. a. pro duobus: hec enim est falsa: fortes ⁊ plato sunt. a. vt̄ patet ex impositioe. Ad hoc respondeo negando minorē: ⁊ ad probationē distinguo q̄ ly. a. supponat p̄ duobus. hominibus vel in singulari ⁊ sic concedo q̄ non supponat: vel ly. a. capitur in plurali sic dico q̄ supponit: vnde qui imponit in singulari aliquem terminuz cōmuniter diuifue. collectiue est consequenti ad significandum collectionem: supposito itozum possibile est impositū. Ex his patet propositionem in qua ponitur ly vterq̄ includere vniuersalitatem ⁊ particularitatem. Similiter etiā propositio nem in qua ponitur ly alter: vniuersalitatis in ly vterq̄ est ly ⁊ diuifue sumptis et particularitas est terminus cathedra reumaticus non distributus. Et in ly alterum particularitas est ly vel diuifue

Amptum: et vniuersalitas est terminus categoriarum distributus. Ex quo sequitur hec regula.

Nulle due propositiones opposite qualitates in quarum vtraque idem terminus determinatur a ly vterque vel a ly alterum opponitur: hec regula patet per primam regulam secundi capitis: quia manet in illis eadem vniuersalitas et particularitas quo fit vt iste vterque ho est currens: vterque homo non est currens: non opponantur et dantur simul vere si sint quatuor homines currentes: et false si tantus sint duo homines: quoru vnus currat et alter quiescat: atque hoc facile patet ex regulis instandi: hanc regulam intelligo si cur inultas alias sequeres et multas etiam precedentis quando neutra est impossibilis nec necessaria. **Fortasse inquires quod est signum contrarietatis huius signi vterque et quod signum subcontrarietatis.** Ad quod respondeo huius signi vterque incomplete capitis: sicut hic summus esse hoc signum vtriusque complete captum et subcontrarium: hoc signum alterum si capiatur per duorum aliquo ita quod iste sunt contrarie vterque homo est currens vterque homo non est currens: si ly vterque in vna capiatur complete. Ex quo sequitur quod hec propositio vterque homo est currens habet hanc pro contraria: quilibet homo non est currens. Et si contra hoc arguas: quia tunc huius propositionis vterque homo non est currens: hec esset contraria quilibet homo est currens: sed hoc est falsum: quia casu quo fortes si omnis homo sunt ambe vere.

Ad hoc respondeo negando sequelam: nec est simile de his et de alijs: quia in his fiat subiectum supponere in affirmatiua ipso non supponere in negatiua non autem in punitis: quare per quandam regulam primo et secundo capite postitas punitis sunt contrarie et non istis: ex quo facile habetur has duas vterque ho est currens et homo non est currens non opponi: sed has vterque homo non est currens et homo est currens subcontrarie opponi.

His declaratis pono regulas aliquas ad facile cognoscendam veritatem propositionum in quibus ponitur hoc signum vterque et eius contradictorium quarum sit prima regula. Omnis propositio

affirmatiua cuius vnus extremum totale determinatur a ly vterque et est vltimo probabile est formaliter impossibilis: vt hec est formaliter impossibilis: fortes vterque homo est: et ratio est facilis: quia sensus est: fortes est duorum hominum vnus homo et alius homo ex qua sequitur quod fortes sit homo et sit etiam alius homo quod est impossibile. dicebatur cuius totale extremum determinatur ab hoc signo vterque propter has fortes vtraque pars et vtraque pars est fortes vtriusque animal videt et similes: que non sunt impossibiles. dicitur vltimo probabile propter has vterque homo est animal.

Et ex hac regula patet omnem propositionem negatiuam cuius alterum extremum determinatur a ly alterum et est vltimo probabile esse necessariam.

Secunda regula: omnis propositio affirmatiua cuius extremum aliquod totale habet plura supposita quod duo et est vltimo probabile et determinatur a ly alterum est falsa: vt hec propositio fortes est alter homo sicut tres homines falsa est. Ex qua regula patet omnem propositionem negatiuam cuius alterum extremum determinatur a ly vterque et habet plura supposita quod duo si sit vltimo probabile esse veram.

Tertia regula: quando terminus determinatur a ly alterum non habet nisi duo supposita: tunc non refert ipsum determinari a ly alterum aut a nullo signo vt idem est dicere fortes est alter homo est et fortes est homo si solum sint duo homines: similiter idem alter homo non est currens et homo non est currens. Ex qua patet non referre terminum distribui complete aut determinari ab hoc signo vterque quod duo tamen habet supposita vt idem est dicere: vterque ho est currens et quibus ho est currens si non sint nisi duo hoies. Patet per terea hinc terminum determinatur a ly vterque: quando pauca habet supposita vniuersaliter reputatur: quando autem habet multa particularitatem: oppositum contingit in ly alterum. Quando enim duo habet supposita reputatur particularitatem: quando vero habet multa: reputatur vniuersaliter vt dicitur est circa regulas instandi.

Quarta regula: non refert terminum determinari a ly vterque vel a ly alterum quando tria habet tantum supposita: hoc patet: quia idem requirit ad veritatem vtriusque. Ad veritatem enim de ly vterque sufficit quod dentur due vere et ad veritates de ly alterum quod non dentur due false. Si terminus habet tria supposita et dantur due vere non dabitur due false quod si dentur due false non dabitur due vere. Quare idem erit terminus determinari a ly alterum aut a ly vterque si tantum tria habuerit supposita.

Ultima regula: omnis propositio cuius alterum extremum vel pars extremum determinatur ab hoc signo vterque vel a ly alterum et totale extremum non est vltimo probabile nec talis propositio apta nata est inferre vniam affirmatiuam in qua ly vterque est vltimo probabile vel inferri ex vna negatiua in qua ly alterum sit vltimo probabile est contingens nisi ratione alius impossibilis vel necessaria sit.

Hunc breuiter contra primam regulam arguitur: hec propositio est possibilis: fortes et plato sunt vtriusque hoies: ergo regula falsa: probatur antecedens: per no casus quod ex materia fortis et forma platonis efficitur Guillelmus. et ex forma fortis cum materia platonis efficitur Cicero: tunc illa est vera: quia sub ly homines dabitur due vere in prima singulari demonstrando forte et platonem: et in secundo Guillelmus et Cicero: quoniam hec est vera: fortes et plato sunt Guillelmus et Cicero: quare expositio facile probari poterit. **Et confirmatur:** hec est concedenda: hec essentia diuina vtraque persona est: quum sub ly persona dentur due ascendentes vere: ergo regula est falsa.

Ad argumentum respondeo negando in illo casu quod dentur due singulares vere sub illo termino hoies: non enim sunt ille due singulares: sed tantum est vna singularis postquam eadem sunt fortes et plato Cicero et Guillelmus. Unde ad bene ascendendum oportet sic ascendere fortes et plato sunt isti hoies et fortes et plato sunt isti alij hoies que scda singularis est falsa.

Contra hoc arguitur: hec est concedenda hic binarius vtriusque erit demon

strando per ly hic binarium ex materia et forma fortis in aliquo casu: ergo regula falsa: probatur antecedens: volo quod ly a conuertatur cum hoc distinctio fortes vel binarius ex materia et forma separatis et sit casus quod fortes aliquo tempore erit et aliquo tempore materia et forma eius manebunt separate: tunc hec est vera fortes hoc a erit demonstrando forte: etiam habebit vniam singularem veram demonstrando binarium ex materia et forma separatis: ergo dantur due singulares vere. **Et si forte dixeris eandem esse singularem in qua demonstratur fortes et in qua demonstratur binarius ex materia et forma separatis.**

Contra hoc arguo: fortes non est hic binarius ex materia et forma separatis: ergo hic binarius est alia singularis. **Fortis dices quod quoniam fortes non est hic binarius ex materia et forma separatis: tamen hic binarius erit: oportet quod non sint eadem supposita: mediante illa copula.** Contra hoc sic arguo sequeretur hanc esse negandam vterque homo imaginarie est animal: consequens est falsum vt per ergo responsio nulla: sequela patet quia non dantur due singulares vere in quibus demonstrantur duo supposita quorum subiectum vnus non supponat pro illo pro quo supponit subiectum alterius mediante illa copula.

Ad replicam facile est respondere dicendo quod in hac propositione fortes vtriusque a est non dantur due singulares vere quoniam sic debet dari. Fortes vtriusque a erit demonstrando fortem et fortes istud aliter a erit demonstrando binarium et illa singularis est falsa quod sensus est fortes istud aliud a: a forte erit. Ad id quod inferes post modum de hac vterque homo imaginarie est animal facile est respondere vt libet quod poteris dicere veritatem illius non cognoscendam esse per singulares postquam nullus terminus est singularis mediante illa copula. potest etiam si placet ea negare si teneas hanc falsam aliam ho a: forte imaginarie est: sicut hec est falsa homo imaginarie est non assuas.

Contra ista arguit si dicta essent vera sequeretur hanc esse concedendam vtriusque non aliquid currit casu quod fortes et plato sunt

nigri z currant z in casu communi ex trans-
 formatione materiaru z formaruz fiant
 Guillelmus z Cicero quozuz nullus cur-
 rat z sint albi. Sed hoc est contra aliqua
 dicta ergo dicta repugnat: sequela pba-
 tur bene sequitur istud no albus currit z
 istud aliud no albu currit vel istud aliud
 non album zc. ergo vtriusqz no album cur-
 rit. Veritas antecedentis patet quia per
 primum pronomen demostro fore: z per
 secundu platonē. Sed minor pbatuz sen-
 sus illius ppositionis est falsus ergo p-
 positio illa est falsa consequentia est ma-
 nifesta z probatur antecedens: sensus il-
 lius est iste aliquozuz duozuz non alborum
 vnum no album z aliud non album cur-
 rit. Et ille est falsus quoniam ly duozuz non
 alborum non supponat pro fore z plato
 ne ergo intentum.

Ad hanc replicam forsan respō
 debet cōcessa veritate illius ppositionis
 negando minorē z ad probationē distin-
 guo qd ille sit sensus illius vel ly duorum
 non alborum determinat totum copula-
 tum z sic nego vel vnam partem tantum
 et sic concedo qd sit sensus illius et ille est
 verus quia ly duozuz no alborum suppo-
 nit pro fore et guillelmo.

Contra hanc solutionem argui-
 tur sequeretuz casu quo oēs hoies pterer
 vnum tm essent albi hanc esse negandaz
 vterqz homo non albus no est animal: cō-
 sequens est falsum quia subiectum non
 habet nisi vnicum suppositū z est negati-
 ua: ergo z antecedēs sequela pbatuz qm
 sensus eius est falsus duozum hominum
 non alborum vnum non album et aliud
 non album no est animal que falsa est vt
 ptz reducēt illā ppōnē ad copulativaz.

Ad hanc replicā respōdeo ipaz
 bene probare non esse sensum illius illū
 sed debet esse iste vni⁹ hoies no albi z ali⁹
 hominis non albi et sic de singulis vnus
 homo non albus: et alius homo no albu
 non est animal capiendū primum z com-
 plexine et secundum diuisione: et similem
 sensum habebit hec propositio vtrumqz
 non album est aial z idem erit qd ille ter-
 minus determinet totum copulatum di-
 uisue capuz vel partem: causa: quare sic
 explicatur est quia. hec qn ponitur ter-
 minus pluralis infinitatus negatur ly z

complexine captum z ideo no est iste ter-
 minus non alba terminus pluralis cōs-
 respōdens huic singulari no albu postqz
 non equiale illi geminato.

Ad confirmationem respōdeo
 hanc ppositionem (hec essentia diuina
 vtraz persona esse veram z regulam
 pati instantiam in terminis diuina. Et
 quamuis illa concedatur: ista tamen di-
 ceretur impossibilis formaliter. Quilibet
 homo vtrumqz animal est. Si quis tam-
 en vellet dicere ppositionē illam cōfir-
 mationis esse falsam z dicere qd sic opor-
 tet ascendere hec essentia diuina ista per-
 sona est z hec essentia diuina ista alia per-
 sona est supposito qd ly alia dicat alietatē
 essentie z qd relatiuū inclusū in ly vterqz
 dicat alietatez essentie no oino in ipso
 quia ad nomen consistit. Contra pto-
 rem solutionē arguitur sequeretuz qd ar-
 guendo ab inferiore ad superiorem affirma-
 tiue in ly vterqz no valeret pna cōsequēs
 est falsus ergo ppositū minor manifesta
 est: z pbatuz sequela qd non sequitur hec
 essentia vtraz persona est ergo hec essen-
 tia vtrūqz ens est quia non dabuntur ve-
 re due singule res qz hec est heretica hec
 essentia aliud ens est cum aliud dicat es-
 sentie alietatem.

Ad hoc rōdeo qd cum ly vterqz
 non includat distributionē cathogore-
 maticam modi arguendi qd valent in ter-
 mino no distributo valēt cū terminis de-
 terminatis a ly vterqz z ideo nego seque-
 lam z ad pbationē nego qd pns sit falsus
 et ad pbationē nego qd illa sit sua singu-
 laris qz in singularibus no oportet qd ly
 aliud solum dicat alietatē essentie sed qd
 dicat in aliqua singulari alietatē psonē.
 adde igitur in singularibus aliqz signū
 ad faciendū qd ly aliud no dicat alietatez
 essentie. Alter z meli⁹ poteris dicere ne-
 gando sequela z ad pbationē concedo
 qd no sequitur sed hoc no fit qd arguitur
 ab infe. ad superius sed quia cetera non
 sunt paria relatiuum enim inclusum in
 antecedente dicit totam alietatem perso-
 ne et in consequente alietatem essentie.

His breuiter notatis deuenien-
 dum est ad oppositiones in propositioni-
 bus in quibus ponuntur hec signa et qd
 idem est loqui de oppositione z equialit-

ta in huiusmodi propositionibus com-
 parabo propositiones affirmativas inter
 se variādo probationem. Et dabo modū
 quo qui sciatur duabus tribusve conse-
 quentijs aut propositionibus apparen-
 ter oppositis istare reliquis ex dictis in
 secundo capite facile instr. Ante om-
 nia tamē pono hoc documentum nulle
 propositiones quarum vtraz est contin-
 gens in quibus variatio fit probationis
 inter duos terminos quozum vterqz de-
 terminat ab hoc signo vterqz: vel vterqz
 ab hoc signo alterum vel vnus ab signo:
 vterqz z alius ab hoc signo alterum equi-
 ualent: immo quod maius est si fuerint
 eiusdem qualitatis oēs tales sunt impi-
 nentes. Et ratio huius est quia non pos-
 set variari probatio inter duos terminos
 qui ab istis dictis signis deriuētuz quin
 duo errores committantur vtz argumē-
 tari a determinata ad cōfusam z a cōfusa
 ad determinatam postqz quilibet eorum
 e vniuersalitatem z particularitatem in-
 cludat: vt si capitis his duabus vtrumqz a
 vtrumqz b non est: z vtrumqz b z vtrūqz a
 est in quibus manifeste inter illos duos
 terminos pbatio variatur / committun-
 tur duo errores vnus ex parte antecede-
 tis ad plequēs: qz arguit a pna ad deter-
 minatam ex parte particularitatis inclu-
 se in ly b que in hac vtrūqz a vtrūqz b no
 est cōfusa tm supponit: qd sequitur media
 te signū determinans subiectū z equiva-
 let huic in qua cōfusa supponit a z aliud
 a b z aliud b non est z in hac vtrūqz b
 vtrūqz a non est supponit determinate:
 quippe cum huic equialeat b z aliud b
 a/ et aliud a non est. arguitur igitur a
 cōfusa ad determinatam ex parte de ly b
 z respectu vniuersalitatis include in ly a
 z ex parte de ly a arguitur a determina-
 ta ad cōfusam vt patet simili modo de-
 clarando quare e contra arguendo argui-
 tur a cōfusa ad determinatā ex parte de
 ly a sic dicēdo vtrūqz b vtrūqz a no est: er-
 go vtrūqz a vtrūqz b no est: quare vna no
 instr alterā nec e contra: sic sunt impi-
 nēs. simili modo declarabis in hac alte-
 rā a alterū b est: ergo alterū b alterū a est
 qd arguitur a cōfusa ad determinatam
 ex parte particularitatis include in ly b
 que est ly vel diuinue captum: z a deter-
 minata ad psum ex parte de ly vel in-

cluso in subiecto: atqz isti errores facillit-
 me intelliguntur: capiendū sensum pro-
 positionum.

Et ex hoc documento sequitur
 vnu aliud videlicet nulle due pponēs cō-
 tingētes oppositae qualitatis sic se habē-
 res qd quilibet terminus in vna distribu-
 tus ab his signis in altera ab oppositis
 distribuitur seu particularizatur in quib-
 us inter duos terminos quozum vterqz de-
 terminat signis determinatis variatio p-
 nis contingit opponitur: et ratio est
 quia in quibuscunqz duabus talibus p-
 positioibus duo committuntur errores
 quozum vnus oppositus est vni cōditio-
 ni contrariaruz z alter vni subcontrariaruz
 videlicet qd vniuersalitas respiciens in
 vna terminum supponentem cōfusa tm
 tum in altera accipitur cōfusa tm: etiaz
 alia vniuersalitas respiciens terminum
 supponentē determinate in altera acci-
 pitur determinate vt in his duabus al-
 terum animal alter homo est z vtrumqz
 aial vterqz homo non est si in affirmati-
 ua probatur illa propositio ratiōe primi
 termini z deinde ratione secundi z in ne-
 gatiua probatur primo ratione secundi
 z deinde ratione primi tunc vniuersali-
 tas include in subiecto huius alterū ani-
 mal alter homo est respicit particularita-
 tem predicati z in negatiua stat illa vni-
 uersalitas virtualiter cōfusa tm quū vl-
 timo descendatur sub tali termino. Simi-
 mili modo vniuersalitas include in predi-
 cato hui⁹ alterū aial alter homo est stat
 in ordine ad particularitatē subiecti que
 stat determinate z in negatiua talis vni-
 uersalitas mutatur in suppositionē de-
 terminatam quū sit terminus primo pro-
 babilis. Sic igitur patet quod in quibus-
 cunqz ppositionibus talibus in quib⁹ fit variatio
 iam dicta duos errores committi quozum
 alter oppositus est vni cōditioni contra-
 riaruz z alter subcontrariaruz: quare per di-
 cta in secundo capite no opponētuz. Et
 qd idē est loqui de equialentia sicut de
 oppositione comparando propositiones
 eiusdem qualitatis inter se deducere pos-
 semus omnes duas ppositiones contri-
 gentes in quibus variatio probationis
 sicut dictum est in propositione pceden-
 ti esse impertinētes discurrendo per simi-

gulas ppositiones: sed quia hic esset te- diotum nec multā pareret vilitate: ideo pcedā declarādo quomodo instabit om- nibus in vniuersali z deinde quilibet sci er et regulis iam dictis instare z primo procedo in ppositionibus in quib⁹ va- riatur pbatto ex parte termini positi in vno extremo ad terminū positi in alte- ro: z deinde quando comittitur error: in- ter duas pres extremi qm illis habitis reliqua omnia patebūt vt ostendā: atq; vt breuius expediāmus note Arithmeti ce superius posite ostēdet pbatones in huiusmodi terminis propositis ergo his duabus

Utrumq; a vtrumq; b

Utrumq; a vtrumq; b intellige in illis quando loquemur de affirmatiuis copu- las affirmatas z quādo in negatiuis co- pulas negatas: tunc in affirmatiuis in- uenies illas duas equialere: q; vtrq; est impossibilis per primam regulam et in negatiuis dabitur prima vera z secun- da falsa si ly a cōuertatur cū isto termino homo z ly b cum isto termino aial z trāsmu- tantis literarū significationibus secu- da est vera prima falsa. sic igitur patet quomodo in affirmatiuis cōmittendo er- re ex parte vnus extremi ad alterū non potest dari instantia: sed ppositiones il- le equialent: hoc propter impossibilita- tem earum. Unde si non totale predicatū determinaretur ab hoc signo vtrūq; sed vna pars tm taliter q; ille pponēs non sint impossibiles ille ppositiones inter se non mirro equialebant vt si has as- sumere placet.

Utrumq; a vtrumq; b z vtrumq; c est;

Utrumq; a vtrumq; b z vtrūq; c est qua- rum neutra est impossibilis: comittitur idem error: tunc c si ly a valeat sicut pars z ly b sicut medietas hois: z ly c sicut ps prima est falsa secunda vera z si ly a va- leat sicut ho et tam ly b q; ly c sicut pars prima est vera secunda falsa. Sic igitur patet quomodo instabitur in ppositio- nibus contingentibus tā in ppositioni- bus negatiuis q; affirmatiuis quādo fit variatio pbatōnis inter duos terminos

determinatos a ly vterq; quozq; altera parte subiecti z altera parte p̄dicati po- nitur.

Sed quādo variatur probatio inter duos terminos positos a parte eius- dem extremi dicendum est: pro cuius de- claratione capio has duas ppositiones:

Utrumq; a vtrumq; b z vtrūq; c est

Utrumq; a vtrumq; b z vtrūq; c est: in- tellige copulas in affirmatiuis affirma- tas z in negatiuis negatas z in affirma- tiuis dabitur prima vera secunda falsa: si ly a sicut homo: ly b sicut medietas ho- minis z ly c sicut pars valeat. q; si trāsmu- tes partiū p̄dicati significationes erit secu- da vera prima falsa z in negatiuis da- bitur prima vera secunda falsa si conuer- tatur ly a cum isto termino animal: z ly b medietas hois: z ly c euz isto termino pa- includens medietatem hois casu quo sit tm vnus homo z vnus asinus: q; si p̄di- cati trāsmutentur significationes literarū tunc inuenies secundam veram in illo ca- su prima falsa z in eisdem casibus si has duas assumpsisse.

Utrumq; a vtrumq; b z vtrūq; c est

Utrumq; a vtrumq; b z vtrūq; c est: in ne- gatiuis in eisdē casibus inuenies primā verā z secundā falsam z cetera in affirma- tiuis si ly a valeat sicut homo: ly b sicut medietas materie: z ly c sicut pars: tunc si duo homines sint cōmunicātes in ma- teria prima est vera secunda falsa q; si p̄- dicati trāsmutentur significata in eodē ca- su secūda est vā z prima falsa. Et sic quo- modocūq; fit variatio inter duos termi- nos determinatos a ly vterq; sine sint ter- mini positi a parte eiusdē extremi sine ex parte diuersorum instabitur. Atq; ex hoc claret non opus esse tractare de ppositio- nibus in quibus fit variatio inter duos terminos determinatos a ly alterum q; z vtrūq; ppositionib⁹ de ly vterq; qui em veritatē vnus ppositionis cog- noscit: cognosceret contradictoriam eius esse falsam. Et ideo qui cognouit in diuer- sis ppositionibus hanc esse veram.

Utrumq; a vtrumq; b nō ē hac exite sta

Utrumq; a vtrumq; b non est cognosceret facile contradictoriam primē que est hęc

Alterum a alterum b est esse falsam in il- lo casu hac exite vera.

Alterum a alterum b est que est contra- dictoria secunde. Similliq; modovidebis de omnibus alijs ista dicta in secundo capite z per hęc quicūq; quāsticūq; obru- singentū omnibus ppositionibus sine longis sine breuibus in quibus fiat va- riatio pbatōnis inter duos terminos de- terminatos a ly vterq; sine iter duos de- terminatos a ly alterz sciet instare iuxta regulā vtrūq; secundi capitis aspiciēdo solum terminos ex parte quozum cōmit- titur error: z loco aliozum terminozum po- nendo illū terminū pars cōcata aut alia- que aliū terminū rōne cuius idē sit illū terminū ibi poni vel non poni: esto exē- pli gratia proponant iste duē pponēs.

Utrumq; a z vtrūq; b vtrumq; c z vtrūq; d non sunt.

Utrumq; a z vtrūq; b vtrumq; c z vtrūq; d non sunt in quibus clarum est pro- bationē variari ex parte duozū termino- rū positozum a parte diuersozum extre- morum videlicet de ly b z ly c quare pz non maiorem esse difficultatez in istis q; in duabus primis que erant iste.

Utrumq; a vtrumq; b non est

Utrumq; a vtrumq; b nō est. Ideo si lo- co terminoz; ex pte quoz; nō variat pba- tio ponas ly ps cōmunicata ita q; tā ly a q; ly b cōuertatur cū isto termino ps cō- cata z ly c sicut aial z ly b sicut ho z sit idē casu q; sup⁹ q; sint solū duo hoies z vn⁹ asin⁹ inter aialia q; volo in aliqua pte cō- care: tūc p̄ia ē vā scda sta. Sili mō si trā- mutes significōes de ly b: sic dabitur scda vā p̄ia falsa: siliq; mō si pponantur due ppositiones.

Alterū a z vtrūq; b vtrūq; c z vtrūq; d nō sunt et

Utrūq; a z alterz b alterū c z alterz d sūt: Uides illas non opponi errorēz eē inter ly c z ly d qui ponitur a parte predicati quare instabis illis in casu posito supius in ppositionibus secūdis solū addēdo q; ly a valeat sicut pars cōcata z addēdo q; due medietates illius hois cōmunicēt in aliqua parte. Sed cōtra hęc arguit iux- ta dicta sequeretur has nō equialere.

Utrūq; a alterum b z alterz c est

Utrūq; a alterum b z alterz c est: sed hoc est falsum: ergo dicta nulla. sequela patet ex dictis: sed mior pbatō: quia nō potest dari vna vera altera falsa.

Ad hoc r̄ideo q; si subiecto ad- derez ly alterum iam institim⁹ postq; in- tuis contradictoriz in secundis ppositio- nibus institim⁹. Sed quia additur ly vtrumq; subiecto z dber verificatio sic- ri pro duobus partū difficilior est instā- re. Si tamen ly a conuertatur cum isto termino due tertie superiores fortis vel fortis z ly b cum isto termino tertie for- tis z ly c cum isto termino due tertie in- periores vel infe. fortis tūc prima est ve- ra secūda falsa q; si predicati partium si- gnificantes trāspolueris secūda est ve- ra prima falsa. Et sic patet de omnibus ppositionibus in quibus fit: tamuz va- riatio inter duos terminos quozum am- bo a ly vterq; vel ambo a ly alterum de- terminantur. Nunc autem videnduz est quando sit variatio. probat idē inter duos terminos quozū vnus a ly vterq; z alius a ly alterū determinatur que vt sa- cilius dignoscant capio pponēs p̄io ex pte diuersoz; extremoz; sintq; he prime.

Utrumq; a alterum b est

Utrumq; a alterum b est. Intelliges si- cut superius in affirmatiuis copulam af- firmatam et in negatiuis copulam nega- tam. Si tam ly a q; ly b conuertatur cum isto termino homo: sint tāru duo hoies prima ē vera secūda falsa est: secūda nō potest esse vera prima falsa: q; impossibi- lis est per regulam primam huius arti- culi: si fortasse adderetur vn⁹ termin⁹

taliter qd illam esse impossibilis posset dari
si altera exite falsa vt si has capiam?

Alterum a z vtrumq; b alterum c sunt

Alterum a z vtrumq; b alterum c snt da-
bitur secunda vera prima falsa si ly a va-
leat sicut pars comunicata ly b sicut pars
ly c sicut animal. Si sint duo hoies cum
vno asino comunicantes in aliqua pe-
te materie in negatiuis duarum primarum
assumptarum inuenies primam necessa-
riam quare in casu posito inuenies pri-
mam veram z secundam falsam: z pro-
pter id non potest dari secunda vera pri-
